SACRORVM BIBLIORVM

IVXTA· EDITIONEM
SEV
LXX. INTERPRETVM
SEV
B. HIERONYMI

VETERES· TITVLI

SIVE

CAPITVLA

SECTIONES. ET. STICHOMETRIAE
ex maiore parte ante annos mille
in Occidente vſitata

vna cum antiquis Prologis, Argumentis &c. è MSS.
Codicibus prompta; nuncque primùm edita
ſtudio, curaque Ioſ. M. Cari Presbyteri Theologi.

PARS· ALTERA

Nouum Teſtamentum complectens: vbi etiam Epiſtola Euſebij Epiſcopi Cæſarienſis ad Carpianum de Euangeliorum Canonibus ex veteri Latina interpretatione, & Canones Concordiæ Epiſtolarum B. Pauli è MSS. Codicibus exhibentur.

ROMAE, Ex Typographia Ioſephi Vannaccij. MDCLXXXVIII.

SVPERIORVM. PERMISSV

PRÆMONITIO

AD LECTOREM

IACOBVS Faber Stabulenſis in ſuorum Commentariorum in Epiſtolas Beati Pauli Præfatione hæc, quæ ad noſtrum aliquo modo facere poſſunt inſtitutum, ſcribit. *Et quia Maiores noſtri tum Græci, tum Latini, Canones his Epiſtolis* Sancti Pauli *præfixere; & adhuc in pleriſque vetuſtis Codicibus eos reperire promptum eſt: apud quidem Græcos Euſebius & Ammonius, apud verò Latinos Priſcillianus: ideò & nos (omiſſis tamen ijs qui ſunt Priſcilliani, non ſolùm ob id quòd vbique corrupti inueniuntur; verùm & inſuper quòd eorum numeri noſtris non conſpirabant) alios præfiximus: vt ad contenta in Epiſtolis, ad articulos Fidei, & aduersùs hæreticos: quæ omnia luce clariora ſuis locis conſpicabuntur perfacilè.* Hæc ille. Euſebium quidem, vel Ammonium Canones confeciſſe in quatuor Euangeliorum concordiam, notum eſt omnibus: in huiuſque rei confirmationem damus hoc in opere veterem Latinam interpretationem Epiſtolæ eiuſdem Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi ad Carpianum; quæ Græcè tantummodò excuſa proſtat in Nouo Teſtamento Græco typis Regijs excuſo Pariſijs opera Roberti Stephani, & ad calcem libri Euangelicarum Lectionum iuxta Ritum Eccleſiæ Græcæ vna cum integris Græcis Euſebianis Canonibus, qui liber Venetijs typis eſt excuſus: at in Paulinas adhuc Epiſtolas Cano-

Canones conſcripſiſſe ſiue Ammonium ſiue Euſebium, nulla probant veterum teſtimonia. Quod attinet ad Priſcillianum auctorem eiuſmodi Canonum apud Latinos; fortaſſis id hauſerit Faber ex vetuſtis Codicibus, quos ad manus habebat: ſed adhuc inquirendum reſtat, quis iſte fuerit Priſcillianus. In Epitome Bibliothecæ Geſneri ab Ioſia Simlero & Iohanne Iacobo Friſio adornata, de Priſcilliano Abilæ Epiſcopo, à Maximo Tyranno cæſo (quo de mentionem facit Sanctus Hieronymus in ſuo Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo) hæc habentur: *Eiuſdem extant Canones ſiue Argumenta, & Periocha Noui Teſtamenti*. Id quod vnde ſit acceptum, cùm nullus afferatur teſtis, vt diuinare nequimus; ita certum aliquid ea de re affirmare non poſſumus. Conijcimus tamen ex memorato Fabri teſtimonio hoc potuiſſe dici: cùm Canones, quos idem Faber citat, nihil aliud reipſa ſint, quàm Periochæ ſiue rerum Argumenta in Paulinis Epiſtolis contentarum, vt ea ſunt quæ in noſtro hoc opere *Capitula* appellantur. nam cùm priſcis illis veterum Codicum Canonibus alios nouos canones Faber ſuffecerit; eiuſdem vtroſque fuiſſe rationis par eſt exiſtimare. Porro noui illi Fabri canones pura puta ſunt Argumenta (vt dicebamus) rerum in Beati Pauli Epiſtolis comprehenſarum: cùm ſingula quæque capita in Canones ſint diſpartita; qui interrupta numerorum ſerie, ab exordio ad finem vſque Epiſtolarum ſingularum frequentiſſimi currunt, in Epiſtola (exempli cauſa) ad Romanos ad 138. & in Epiſtola I. ad Corinthios ad 129. numerum perducti. Hinc fit, vt Paulinarum Canones Epiſtolarum, qui nunc primùm prodeunt, omnino alij ſint à Canonibus à Fabro memoratis: cùm dictorum concordiam iuxta diſtinctionem Textus antiquam ad certa capita reuocent. Ceterùm quiſquis fuerit horum Concordiæ Canonum Auctor, quiue ceterarum Periocharum ſiue Capitulorum vel Sectionum fuerint Auctores; ex antiquiſſimis certè Maioribus noſtris ſunt proculdubio cenſendi: ipſeque per ſe ſtylus antiquiora ſæcula refert, vt facilè qui in veterum ſcriptis ſunt verſati dijudicauerint. Id quod

vetus

vetus firmat vſus Eccleſiæ Romanæ ; qui ſecundùm has priſcas Capitum ſectiones citare ſolebat Epiſtolas Sancti Pauli ; extat namque in Bibliotheca Vaticana Codex Palatinus ſignatus num. 487. Ordinem Romanum breuiſſimum æquè ac vetuſtiſſimum continens in plures libellos diſtinctum ; prout ſæculo ſaltem nono is Ordo in vſu erat eiuſdem Eccleſiæ, mirè conſentiens ijs, quæ ex Romani Ordinis libellis Amalarius Metenſis primùm Diaconus mox Presbyter, eiuſdem ſæculi Scriptor, in ſuis libris haud rarò profert. Fragmenta aliquot illius Codicis edita ſunt hac in Vrbe in Appendice ad Antiphonarium & Reſponſoriale Sancti Gregorij anno 1686. vbi pag. 394. hæc videre licet. *Feria quinta Cœnæ Domini. Tres* Lectiones *de Apoſtolo vbi ait ad Corinthios cap. lvij. Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Feria Sexta Paraſceue. *Tres* Lectiones *de Apoſtolo vbi ait ad Hebræos cap. v.* (ſcribendum arbitramur viij. cùm facilis in numericis deſcribendis notis error contingat) *Feſtinemus ergo ingredi*. Aucto in dies Romano Ordine, retenta adhuc fuit antiquarum Sectionum enumeratio: idque conſtat ex alio Codice membranaceo Bibliothecæ Vallicellani Oratorij, ſcripto ſub Othone Primo Imperatore, in quo Feria quinta in Cœna Domini ita dicitur. *Tres* Lectiones *de Apoſtolo. Prima vbi ait ad Corinthios cap. lvij. Ego accepi à Domino quod tradidi vobis*. Recurrat Lector ad pag. 111. & 88. huius Operis ; inuenietque numeros Capitum hìc editorum, citatis ab Ordine Romano numeris conſentire omnino. Scrupulus tamen aliquis reſtat amouendus ; quòd pleraque ſcilicet ex his antiquis Capitulis, quæ hoc libro comprehenduntur, apud HRabanum Maurum in ſuis Commentarijs ad Nouum Teſtamentum habeantur. Verùm quiſque probè nouerit & HRabanum, vt & Bedam, ceteroſque ſequioris æui Eccleſiaſticos Scriptores, ex Patrum dictis ſua prope omnia opuſcula coegiſſe, antiquioribuſque fuiſſe Codicibus vſos, indeque multa in ſuis tractatibus exſcripſiſſe. Id quod apertiùs celebris ille monſtrat Bibliothecæ Vallicellanæ Codex ſub num. B. VI. Alcuini præceptoris Caroli Magni manu deſcri-

ptus,

ptus, de quo Cardinalis Baronius ad annum DCCLXXXVIII; quare nemo quæ ex illo ſaltem Codice promuntur, HRabano meritò tribuerit. De his monuiſſe Lectorem ſatis ducimus: cùm fuſiorem earum rerum tractationem inſtituendi, amplaſque ad loca ſingula huius Operis notationes conſcribendi facultatem, nec ingenium nobis det aut valetudo nec otium.

Imprimatur

Digitized by Google

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Mag. S. P. Apoſt.

Steph. I. Menattus Epiſc. Cyren. Viceſg.

PArs altera Libri, cui titulus *Sacrorum Bibliorum* &c. à Reu. Adm. D. Ioſ. Maria Caro Presbytero Theologo compoſita, & à Reuerendiſs. q. Patre Dominico Maria Puteobonelli Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro mihi commiſſa, virga cenſoria non eget, ſed plurimas meretur laudes; cùm plurimùm iuuare poſſit Sacrorum Bibliorum ſtudijs addictos. Inter hos adnumerandus ipſemet in ſacra eruditione excellentiſſimus author, qui calamum ſæpè exercuit in eiuſmodi tractatibus è vetuſtatis tenebris in publicam lucem & venerabilis eruditionis emolumentum eruere. Sacroſanctis autem Fidei Catholicæ dogmatibus, probiſque moribus adeò conforme eſt opus, ſicut ipſum Bibliorum volumen quod continet. Quapropter & dignum typis, & digniſſimum lectione, ac ſtudio perenni cenſeo: nedum enim profectui, ſed *& ſolatio habemus ſanctos libros.* 1. Machab. 12. Ita cenſeo ex Conuentu noſtro S. Mariæ de Victoria Romæ hac die 14. Septemb. 1688.

Fr. Blaſius à Purificatione Carmelita Diſcalceatus, ſacræ Theologiæ Profeſſor, ac ſui Ordinis Generalis Hiſtoricus.

Imprimatur.

Fr. Ioſeph Clarionus Ord. Præd. Sacri Apoſtolici Palatij Promagiſter.

Tituli

Tituli ſiue Capitula ſingulorum ſacræ Scripturæ Librorum, atque alia comprehenſa hac Secunda Parte, ordine digeſta.

PRologus Euſebij Epiſcopi Cæſarienſis ad Carpianum de decem Canonibus IV. Euangeliorum pag. 14.
Epiſtolæ Hieronymi ad Damaſum Papam 13. 14.
Canones X. Euangeliorum: quos Euſebius Ceſarienſis Epiſcopus primò in Grecum, Hieronymo poſtea in Latinum differente, in X. Numeros ordinauit 15.
Euangelij ſecundùm Matthæum Tituli ſiue Capitula pag. 1. 17. 20.
Secundùm Marcum 4.22.23.25.
Secundùm Lucam 6. 27. 31.
Secundùm Iohannem 11. 34. 35.
Actuum Apoſtolorum 37. 42.
Epiſtolæ S Iacobi Apoſtoli 48 54.
Epiſt læ I. S. Petri Apoſtoli 49. 55.
Epiſtolæ II. S Petri Apoſtoli 50. 56.
Epiſtolæ I. S: Iohannis Apoſtoli 51. 57.
Epiſtolæ II. S. Iohannis Apoſtoli 52 59.
Epiſtolæ III.S.Iohannis Apoſtoli 53.59.
Epiſtolæ S. Iudæ Apoſtoli 53.60.
Apocalypſis Sancti Iohannnis Apoſtoli 60. 129. 132.
Vetus Præfatio Epiſtolarum S. Pauli 61.
Canones Epiſtolarum, ſiue, Concordia Canonum de corpore Epiſtolarum Beati Pauli Apoſtoli 63.
Capitula Epiſtolæ ad Romanos 68. 89.
Epiſtolæ I. ad Corinthios 72. 90. 97 107.
Epiſtolæ II. ad Corinthios 76. 91. 98.111.
Epiſt. ad Galatas 78. 91. 100. 114.
Epiſt. ad Epheſios 79. 92. 116.
Epiſt. ad Philippenſes 80.93.1000.118.
Epiſt. ad Coloſſenſes 81. 94. 101. 120.121.
Epiſt.I. ad Theſſalonicenſes 82.93.102.122.
Epiſt.II ad Theſſalonicenſes 83.94.102.123.
Epiſt. I. ad Timotheum 83. 95 103. 124.
Epiſt. II. ad Timotheum 84 95.104.126.
Epiſt. ad Titum 85. 96. 104.127.
Epiſt. ad Philemonem 86. 96.105.228.
Epiſt. ad Hebræos 86. 96. 105.
Exordia veterũ Capitum Epiſt.S.Pauli iuxtà vetuſtiſſimũ Codicem Reginæ Sueciæ 135.

Adnotatio ad I. Partem.

IN Operibus S. Hieronymi editis Venetijs 1497. apud Ioannem & Gregorium de Gregorijs fratres, curante Bernardino Gadolo Brixiano Monacho Camaldulenſi, extrant in Danielis Textu, Viſionum inſcriptiones decem numero: quæ his quæ nunc eduntur correſpondent, paucis exceptis: diſcrimen hoc eſt; quòd Viſio III. præficitur his verbis cap. 3 ℣. 98. modernæ diſtinctionis: *Nabuchodonoſor Rex omnibus Gentibus & linguis qui habitant in vniuerſa terra*. Viſio porro IX. quæ huic operi deeſt, apponitur exordio cap. 24 antiquæ diſtinctionis, vbi dicitur: *Anno tertio Cyri Regis Perſarum*. Viſio item X. quæ & hic deſideratur, veteri capiti 25. præponitur, cuius exordium eſt: *Ego autem ab anno primo Darij Medi*. Cæterum XI. Viſio in illa Veneta editione omnino deeſt.

Additio ad II. Partem.

Pag 50 col.2.lin 10. poſt hæc verba, *allatis Codicibus*; addenda ſunt hæc: *& Cod.S.Pauli.*
Ibidem lin.34. *Sacramentum*. adde: [al. *& ſacramentum*.]
Pag 61.col.1.lin.2. *Angelus* [leg *Agnus*.]ex eodẽ Cod.S.Pauli ſimplicìter ſcribendũ: *Agnus*.
Ibidem lin.13. *& vidi Angelum*. corrige. *& vidi* [al. add. *alium*] *Angelum*.
Ibidem lin. 31. *cum eo*. adde: [al. *cum illo*.]
Ibidem lin 44. *gloria eius*. corrige: *à gloria eius*.
Ibidem lib. 47. *dicentem*, adde: [al. *dicentium*.]

Cod. Orat.

Digitized by Google

(*Cod: Orat. B. vj.*)

Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Euangelio incipit.

Beato Papæ Damaſo, Hieronymus.

NOuum opus facere me cogis ex vetere; vt poſt exemplaria Scripturarum toto Orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam *&c. vſque*. & cùm ſcieris, recurres ad volumina ſingulorum; & ſine mora repertis numeris quos ante ſignaueras, reperies & loca, in quibus vel eadem vel vicina dixerunt.

Explicit.

MAtthæus, ſicut in ordine primus ponitur, Euangelium in Iudæa primus ſcripſit *&c. (extat in Biblijs cū Gloſſa Ordinaria) vſque*. Nobis enim hoc ſtudio argumenti fuit, & fidem facte rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligenter diſpoſitionem quærentibus non tacere.

Explicit Argumentum.

I. GEnerationum quadraginta duarum ab Abraham vſque ad Chriſtum ordo narratur.

II. Natiuitas Ieſu Chriſti de Maria, ſponſo eius Ioſeph, Angelo reuelante prædicitur

III. Natum Chriſtum Magi, ſtella ſibi duce nuntiante, oblatis muneribus adorauerunt.

IV. Angelo præmonente, Ioſeph cum Chriſto fugit in Aegyptum: & Herodes occidit infantes.

V. De prędicatione Ioannis Baptiſtę: quòd Vox clamantis ſit, *Pænitentiam agite*.

VI. De Baptiſmo Chriſti in Iordane à Ioanne, & ſigno Trinitatis, Patris ſcilicet eius in voce, & vtriuſque Spiritus in columba.

VII. De quadraginta dierum ieiunio, & diabolo trina temptatione deuicto.

VIII. Relicta Nazareth, prædicat Zabulon & Nephtalim iuxta vaticinium Iſaiæ, pœnitentiam agere iubens.

IX. Vocat Petrum, Andream, Iacobum, & Iohannem piſcatores; qui mox ſecuti ſunt eum.

X. Per totam Galilæam prædicat; omnes ſanando languores.

XI. In monte diſcipulos docens, ſeptem Beatitudines, & octauam perſecutionis exponit.

XII. Diſcipulos Sal terræ, & Mundi Lumen appellans, præcepit in ſplendore operum Patrem glorificandum.

XIII. Ob implendam Legem veniſſe ſe dicens, Phariſæorum docet iuſtitiam ſuperandam: & homicidium lege vetatis; etiam munus offerendum, fratris iubet reconciliatione differri.

XIV. Conſentiendum in via aduerſario, non mœchandum docens; iubet vitia vel caros inemendabiles, ſub nomine oculi vel dextræ ſcandalizantis abſcidi.

XV. Quòd adulter ſit qui vxorem (excepta fornicationis cauſa) dimiſerit: prohibens etiam omninò iurare, docet nec percutienti, nec expolianti, nec angarianti, nec petenti, vel mutuari volenti reſiſtere.

XVI. Amandum proximum lege firmans, etiam inimicos præcipit diligendos.

XVII. Eleemoſynam docet in abſcondito faciendam; quam ſiniſtra neſciat, ideſt, appetitio laudis humanæ.

XVIII. Orationis Formulam in ſeptem Petitionibus tradens, ait, peccata niſi dimittentibus non dimitti.

XIX. Docet ſine triſtitia ieiunandum; nec theſaurizandum in terra.

XX. Lucernam corporis, oculum appellans, nec duobus dominis poſſe ſeruire, nec ſollicitudinem eſcæ & veſtis habendam; ſed Regnū Dei omnibus præferendum docet; nec debere ſollicitum eſſe in craſtinum.

XXI. De menſura iudicij dicens, feſtucæ vel trabis comparatione facta, docet priùs propria, & poſt fratris vitia reſecanda.

XXII. Sanctum canibus, porciſque non

dandum: ſed petendum, quærendum, pulſandumue præſit.

XXIII. Per latam viam multos, per anguſtam paucos introire teſtatur; & falſos cauendos eſſe prophetas: nomine quoque fructuum, bonarum & malarum arborum docet, quia nec malum voluntas bona, nec bonum opus poteſt facere voluntas mala.

XXIV. Non vocantes nomen Domini, nec virtutes in ejus nomine facientes, ſed implentes voluntatem Dei intrare dicit in Regnum cœlorum, adhibita comparatione ædificantis domum ſuper petram aut ſuper arenam.

XXV. Leproſum extenſione manus, ac prolatione verbi, *Volo*, mundauit.

XXVI. Centurionis puerum curans, Iudæos de regno, in quo Gentes promittit venturas, aſſerit expellendos.

XXVII. Socrus Petri Dominicæ manus tactu ſanata, miniſtrat; & multifaria infirmitate curatur.

XXVIII. Dicenti, *Sequar te*, non habere ſe dicit vbi caput reclinet: & interrogantem diſcipulum, à paterna vetat ſepultura.

XXIX. In naui dormiens, à periclitantibus excitatus, tranquillitatem verbo reſtituit.

XXX. In terra Geraſenorum ſanatis hominibus, dæmones ire permittit in porcos.

XXXI. In ciuitate ſua paralyticum curat, priùs dimittendo peccata.

XXXII. Matthæum vocat: & murmurantibus de publicanorum conuiuio Phariſæis, ait, Male habentibus opus eſſe medico; ſimilitudinem panni rudis ac vini vel vtrium ponens.

XXXIII. Pergens ad reſuſcitandam filiam Principis, mulierem à profluuio ſanguinis ſanat, ſuſcitans & puellam.

XXXIV. Tranſiens, duos cæcos illuminat: & muto linguam, ejecto dæmone, reddit.

XXXV. Omnem languorem curans, operarios pro multa meſſe diſcipulos virtutibus & doctrina confirmat.

XXXVI. Sicut oues inter lupos miſſos, vt non timeant eos qui corpus occidunt, clementer informat.

XXXVII. Gladium ſe, non pacem in terram mittere dicens, nec amari patrem aut matrem ſuper ſe præcipiens; receptorem quoque juſti, mercedem iuſti accipere manifeſtat.

XXXVIII. Iohannes miſit ad Ieſum: qui dimiſſis nuntijs, multa de eo turbis enuntiat.

XXXIX. Increpat ciuitates, quæ pœnitentiam, etiam factis apud ſe virtutibus, non egerunt.

XXXX. Confeſſio laudis Ieſu refertur ad Patrem: & inuitatio oneratorum & laborantium ad quietem.

XXXXI. Diſcipulorum ſabbato ſpicas vellentium reprehenſores, exemplo Dauid, & Circumciſione redarguit.

XXXXII. In Synagoga manum aridam ſanat; & Phariſæis conſilium aduersùs eum facientibus, multos curat; & Prophetiam de ipſo completam memorat.

XXXXIII. Cæcum mutumque curans, à dæmonio liberat: & in Beelzebub dicentes id facere, reſponſione ſua deſtruit; dicens, Blaſphemiam in Spiritum Sanctum non remitti, arborem quoque ex fructu poſſe cognoſci, & rationem de verbo otioſo in diem Iudicij reddi.

XXXXIV. Phariſæis ſignum petentibus, Ionæ ſignum dari prædicit. Nineuitas & Reginam Auſtri commemorans, & de ſpiritu immundo ſeptempliciter in homine redeunte diſputans.

XXXXV. Matrem & fratres diſcipulos dicit, vel omnem qui Patris ejus fecerit voluntatem.

XXXXVI. Sedens ſuper mare, parabolam dicit fructus triceſimi, ſexageſimi & centeſimi: quam ſeorſum exponit diſcipulis.

XXXXVII. Parabolam de zizanijs ponens, iungit de grano ſinapis & fermento: poſt quam exponit zizaniorum parabolam diſcipulis intra domum.

The-

Digitized by Google

XXXXVIII. Theſauri vel margaritæ repertæ comparatione propoſita, ſimilitèr parabolam de ſagenæ piſcibus ſeparandis exponit.

XXXXIX. Mirantibus ſe, Prophetam dixit honorem in ſua patria non habere.

L. Iohannis ab Herode occiſi caput datum refertur in diſco.

LI. Quinque panibus & duobus piſcibus, quinque virorum milia ſaturantur.

LII. Ambulans ſupra mare, Petrum mergentem leuat: & in Genneſar multi fimbriæ tactu ſaluantur.

LIII. Quærentibus de non lotis manibus diſcipulorum, ea dicit, hominem quæ corde exeunt inquinare.

LIV. Chananeæ filiam à dœmone, laudata matris fide, curauit.

LV. Multis in loco deſerto ſanatis, quatuor virorum milia, ſeptem ſunt panibus ſaturati.

LVI. Item petentibus dari de cœlo ſignum, Ionæ potiùs dari prædixit.

LVII. Fermenti nomine cauendum præcepit à doctrina Phariſæorum.

LVIII. Interrogante Domino, quem eum dicerent homines eſſe? confeſſio Petri, Cœlorum ab eo clauibus muneratur.

LIX. Paſſurum ſe prænuntians, contradicentem Petrum increpat: & omnem volentem ſequi ſe, docet abnegare ſeipſum.

LX. Dicens quoſdam non viſuros mortem, donec videant eum venientem in Regno; mox refertur transfiguratus in monte.

LXI. Puerum lunaticum curat: & diſcipulis de ſua impoſſibilitate quærentibus, ait, Genus illud oratione jejunioque pellendum.

LXII. Tributum Cæſari, ſtaterem in ore piſcis inuentum dari præcipit: & eum majorem futurum, qui ſe vt paruulus humiliauerit, docens; ait nec minimum ſcandalizandum: & item membrorum nomine, vitia vel caros incurabiles præcipit abſcidendos.

LXIII. De oue erronea, & correptione fratris enuntians; & conſentientibus dicit orata præſtari; & peccanti, ſeptuagies iubet ignoſci; adhibita parabola ſerui debitoris, qui negata conſeruo miſeratione damnatur.

LXIV. Cùm rationem de libello repudij temptantibus reddidiſſet, tria eſſe genera docuit eunuchorum.

LXV. Præcepit oblatos ſibi benedicendos paruulos, non repelli.

LXVI. Secunda Domini reſponſione diuite contriſtato, contempnentibus propter ſe temporalia centuplum & vitam promittit æternam.

LXVII. Parabola de operatijs in vinea tempore diuerſo conductis adhibita, vnam paremque dicit eos accepiſſe mercedem.

LXVIII. Prædicens ſe paſſurum, matri filiorum Zebedæi petenti negatis ſedibus, vt volentem fieri primum, debere potiùs eſſe ſeruum

LXIX. Item alij duo cæci ſedentes ſecùs viam, inluminati, ſecuti ſunt eum.

LXX. Secundùm ſcripturam Prophetiæ ſuper aſinæ pullum ſedit: & ingreſſus Templum, ejecit vendentes: vbi ſanat cæcos & claudos, clamantibus paruulis, *Oſanna Filio Dauid*.

LXXI. Areſacta ficulnea verbo, mirantibus, dicit, Omnia quæ petunt credentes accipere.

LXXII. Interrogantes in qua poteſtate mira patraret? de baptiſmo Iohannis interrogat; iungens parabolam patris, in vineam filios mittentis; concludens in regno Dei Sacerdotes à meretricibus præcedendos.

LXXIII. Parabolam de vinitoribus ponit: qui perimentes miſſos ad ſe ſeruos, etiam Filium occidedunt.

LXXIV. Parabolam de contemptoribus, ad nuptias inuitatis.

LXXV. Temptantes de tributo Cæſaris dando, ſupraſcriptionis vel ima-

imaginis interrogatione deſtruxit.

LXXVI. De vxore ſeptem fratrum temptantes, irriſores reſurrectionis, incredulos arguit Sadducæos.

LXXVII. De magno Legis mandato tentatus, reſpondit, Dilectionis Dei & proximi primum eſſe.

LXXVIII. Interroganti Domino, cujus filius eſſet Chriſtus? cùm reſpondiſſent Phariſæi, *Dauid*: audito centeſimi noni Pſalmi principio, tacuerunt.

LXXIX. Non quæ faciunt, ſed quæ dicunt Phariſæi præcipit facienda, multipliciter increpat Phariſæos. de paralytico [*leg.* proſelyto; de juramento; de camelo & culice; calice & catino; monumentis eos comparans dealbatis.

LXXX. Item arguit Phariſæos ædificantes ſepulchra Prophetarum, & ad Hieruſalem dicit *Lapidas eos qui ad te miſſi ſunt*.

LXXXI. Diſcipulis interrogantibus ſignum aduentus & finis ſæculi, multa cauenda præcipit.

LXXXII. Vigilandum prædicit, neſcientibus horam aduentus ſui, ſubjiciens parabolam [de] decem virginibus.

LXXXIII. Parabolam dicit hominis, tribus ſeruis talenta diuerſi numeri commendantis.

LXXXIV. Ex omnibus gentibus in iudicio poſiturum ſe prædicit, oues à dextris, hœdos à ſiniſtris.

LXXXV. Pronuntiat Paſcha poſt biduum, ſeque tradendum: referturque conſilium Iudæorum: & de alabaſtro vnguenti, quo mulier cum deuota perfudit; vel quòd Iuda triginta argenteis promiſſis, Ieſum ſpopondit tradendum.

LXXXVI. Series Paſſionis enarratur vſque ad locum, quo ait. *Munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus*

LXXXVII. Reſurrectionis ordo ſimiliter refertur à, *Veſpere Sabbati*, vſque ad locum quo ait. *Et deuulgatum eſt verbum iſtud vſque in hodiernum diem*.

LXXXVIII. Vndecim diſcipulis in monte adorantibus, baptizandi formulam tradit: & ſuam eis vſque in finem ſæculi præſentiam pollicetur.

Incipit Argumentum Euangelij ſecundùm Marcum.

Marcus Enangeliſta Dei electus, & Petri in baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus, Sacerdotium agens, ſecundùm carnem Leuita *&c. vſque.* Dehinc inquiſita volumus agnoſci, habentes mercedem exhortationis; quoniam qui plantat & qui rigat, vnum ſunt· Qui autem incrementum præſtat, Deus eſt.

Explicit Præfatio.

Incipiunt Tituli ſecundùm Marcum.

I. Eſaiæ teſtimonio Iohannes Angelus, ideſt, Nuntius appellatur; & prædicatio ejus, baptiſmuſque refertur.

II. Chriſtus prædicans baptizatur: vbi Trinitatis panditur ſacramentum.

III. De vocatione Petri & Andreæ, Iacobi & Iohannis piſcatorum.

IV. In Synagoga de homine ſpiritum immundum metuente & confitentem expellens ſua, ab hominibus poteſtate laudatur.

V. A ſocru Petri, febre verbo tactuque depulſa, varia cunctos infirmitate curauit.

VI. Leproſus verbo quo ait, *Volo*, mundatur; & curatio paralytico cum remiſſione tribuitur peccatorum.

VII. Leui qui & Mattheus, de teloneo vocatur; & pro publicanorum conuiuio querela vel objectio Phariſæorum, panni veteris & vini vel vtrium comparatione refellitur.

VIII. Pro ſpicarum in Sabbato vulſione reprehenſoribus increpatis, ſequitur manus aridæ reſtitutio.

IX. Conſilium contra eum faciunt Phariſæi. deſeruiente ſibi nauicula, tangentes eum diuerſis infirmitatibus ægroti ſanantur.

Duo-

X. Duodecim Diſcipulos ad prædicandum verbo conlatis virtutibus mittit; & in Beelzebub eum poſſe, dicentes redarguit, irremiſſibilem eſſe dicens in Spiritum Sanctum blaſphemiā: & matrem, ac fratres eos vocat, qui Patris fecerint voluntatem.

XI. Docens proponit parabolam ſeminantis: & ſuis eam ſeorſum diſcipulis exponit clara manifeſtatione diſcipulis.

XII. Lucernam ſub modio non ponendam; vel dormiente homine ſata ejus creſcere; & de grano ſinapis dicit.

XIII. Tempeſtatem verbo compeſcens; & dœmones eijciens, ire conceſſit in porcos.

XIV. Vadens mortuam ſuſcitare filiam Iairi, mulierem à profluuio ſanguinis ſanans: ſuſcitat protenus & puellam.

XV. Mirantes doctrinam & virtutes, fabri filium dicunt: audientes ab eo, Non eſſe prophetam ſine honore niſi in patria ſua.

XVI. Mittens duodecim prædicaturos, præceptis inſtruit, conlata gratia ſanitatum.

XVII. Herodes tenens Iohannem, die ſui natalis occidit; caputque ejus, ſaltationis præmium in diſco filiæ tradit.

XVIII. De quinque panibus & duobus piſcibus, quinque virorum milia ſaturauit.

XIX. Quarta noctis vigilia venit ad diſcipulos, ambulans ſuper mare.

XX. Accuſant Phariſæi diſcipulos, non lotis manibus manducantes: & increpantur ab eo de parentum ſpretione, vel de cæteris exponente quæ poſſint hominem inquinare.

XXI. Mulieris Syrophoeniſſæ filiam à dœmonio liberat.

XXII. Muto ſurdoque vocem reſtituens, dicit, *Effetha*.

XXIII. De ſeptem panibus & paucis piſciculis, quatuor hominum milia ſaturauit.

XXIV. Phariſæis ſignum quærentibus, dari negat: & doctrinam eorum præcepit ſub fermenti nomine præcauendam.

XXV. Cæcum paulatim curat; & vt nemini diceret imperat.

XXVI. Interrogantibus quem eum dicerent? Petrus Chriſtum Dei confitetur: & mox quia Domino paſſurum ſe dicenti contradicit, arguitur.

XXVII. *Qui perdit*, inquit, *animam ſuam propter me, inueniet eam*: negaturus quoſdam mortem viſuros donec videant eum in regno ejus. ſtatimque transfiguratus inducitur: & Iohannem Heliæ paſſuri, ipſe ſimilia paſſum dicitur.

XXVIII. Omnis populus videns Dominum, paueſcens occurrenſque ſalutat: & filius cujuſdam incredulitatem ſuam iuuari precantis, à dæmonio liberatur.

XXIX. Tradendum ſe pronuntians, & diſcipulos quid in via tractaſſent interrogans, docet Primatum non eſſe quærendum.

XXX. Virtutem in ejus nomine facientes, non ſinit prohiberi: & de abſciſſione membrorum ſcandalizantium figuraliter docet.

XXXI. Phariſæos de vxore dimittenda quærentes, Moyſi teſtimonio conuincit: & infantes à ſe vetari prohibens, benedicit.

XXXII. De difficultate diuitum intrandi in regnum Dei mirantibus diſcipulis, ait, Contemptores bonorum ſæcularium centuplum cum perſecutionibus recepturos.

XXXIII. Item prædicens ſe occidendum, ſedes petentes Iacobum increpat & Iohannem de principatu, Gentiles prohibens imitandos, humilitatis exemplo monſtrando.

XXXIV. Bartimæus cæcus mendicans illuminatur, & ſequitur.

XXXV. Mittit adduci pullum aſinæ: cui ſedens, audiuit à turbis, *Oſanna*

XXXVI. Egreſſus de Templo, ficulneam maledicit: regreſſuſque vendentes ejecit: areſactaque ficulnea, mirantibus ait, Orantes cre-

cre-

Digitized by Google

credendo accipere poſtulata.

XXXVII. De poteſtate percunctantes Iudæos, ipſe de baptiſmo Ioannis interrogando conuincit; & de vinea colonisque peſſimis parabolam ponit.

XXXVIII. Temptantes de reddendo Cæſaris tributo, conſequenter ex ſupraſcriptione vel imagine confutauit.

XXXIX. Sadducæis de muliere ſeptem fratrum vxore temptantibus, ob incredulitatem reſurrectionis exprobrat.

XL. Scribæ de mandato Legis interroganti, geminum dilectionis præceptum oſtendit: & cujus ſit filius Chriſtus interrogans, docet ex principio Pſalmi centeſimi noni: ſalutationum quoque eorum in foro ambitum notat.

XLI. In gazophilacium pauperem viduam duo minuta mittentem, cunctis dona iactantibus præfert.

XLII. Aedificationes Templi monſtrantibus prænuntiat ruituras: & de diuerſis vltimi temporis temptationibus futuris prolixiùs diſputans, ſeductiones ammonet præcauendas.

XLIII. Diem aduentus ſolum Patrem ſcire dicens: neſcientes eam ſeruos vigilare præcipit & orare.

XLIV. De alabaſtro vnguenti, vel proditione Iudæ traditoris, ac præparatione Paſchæ refertur; nec non & Cœnæ ejus myſticæ panditur Sacramentum.

XLV. Traditionis ac Paſſionis ejus geſta narrantur.

XLVI. Reſurrectionis perinde breuiter veritate monſtrata, quorumdam incredulitas clementer arguitur: & Aſcenſio, atque à dextris Dei conſeſſio, vel diſcipulorum prædicatio ſignis ſequentibus indicatur.

Expliciunt Capitula.

Incipit Prologus Euangelij ſecundùm Lucam.

LVcas Syrus natione, Antiochenſis; arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus, vſque ad paſſionem ejus ſeruiens Domino ſine crimine. *&c. vſque*. Vitauimus publicam curioſitatem: ne non tam volentibus Deum videremur, quàm faſtidientibus prodidiſſe.

Incipit Præfatio.

I. PRæfatione Lucas Theofilo Euangelium indicat per ordinem deſcripturum.

II. Sacerdotium juſti Zachariæ refertur; & viſio in Templo, qua ei filius Angelo reuelante promittitur naſciturus: cujus etiã conceptio memoratur.

III. Miſſus Angelus ad Mariam, naſciturum loquitur Saluatorem: quo mox concepto, ſalutatur ab Helizabeth, exultante in vtero Ioanne: vnde poſt tres menſes reuerſa eſt in domum ſuam.

IV. Nato Ioanne, vox eloqui muto redditur patri ilicò prophetanti. puer in deſerto eſt vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

V. Refertur edictum Cæſaris. Natiuitas Chriſti paſtoribus ab Angelo nuntiatur: cum quo cœleſtis Militiæ multitudo canit. *Gloria in excelſis Deo.*

VI. Angelis diſcedentibus, paſtores profecti Saluatorem in præſepio poſitum repperierunt, Deum ſuper his quæ videbant conlaudantes.

VII. Octauo die Circumciſionis ejus, prophetia præſentis Symeonis juſti vel Annæ propheteſſæ narratur.

VIII. Duodennis ipſe remanſit à ſuis, in Templo quærenti Matri dicens. *In his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe.*

IX. Anno quintodecimo Tiberij Cæſaris

ſaris, Ioannis orta prædicatio dicitur: qua cunctos ad pœnitentiam cohortatur; & calciamentis Domini ſe fatetur indignum.

X. Herodes carceri dat Iohannem. & triginta annorum baptizato Domino, Trinitatis in baptiſmo myſterium declaratur. generationum ſeptuaginta ſeptem à Chriſto ſurſum versùs vſque ad Deum ordo contexitur.

XI. Quadraginta dierum iejunium. & trina temptatione diabolus ſuperatus oſtenditur.

XII. Fama regreſſi in Galilæam refertur: & quòd Iſaiæ librum accipiens, de ſe impletum dixerit; nec habere prophetam honorem in patria ſua, relata etiam vidua de Sarepta vel leproſi Neman Syri mundatione: quodque per medium eorum qui cum de monte præcipitare volebant, tranſierit indicatur.

XIII. Confitentem in Synagoga dæmonem pellit ex homine

XIV. Socrus Petri & multorum infirmorum turba ſanatur: & confeſſio dæmonum prohibetur.

XV. Duabus nauiculis captura piſcium in verbo Domini repente completis, timor paueſcentis Petri, ſociorumque ejus dicitur.

XVI. Leproſo mundato, multi virtute Domini curantur infirmi.

XVII. Paralyticum nudato tecto dimiſſum ante ſe, & à peccatis & à paralyſi curat.

XVIII. Leui qui & Matthæus, de teloneo vocatur: murmurantes de publicanorum conuiuio vel de jejunio, adhibita ſponſi, & veſtimenti noui ac vini comparatione, redarguit.

XIX. Quærentes de euulſione ſpicarum in Sabbatis, relato Dauid exemplo conuincit.

XX. In Synagoga manum aridam ſanat repletis inſipientia Phariſæis.

XXI. Pernoctans in oratione, manè duodecim Apóſtolos nominat. tangentes eum ſanantur ægroti.

XXII. Pauperes, eſurientes, flentes, perſecutionem patientes, beatos vocat; Væ diuitibus ac ridentibus dicens. etiam inimicos præcipit diligendos, & percutienti vel nudanti minimè reſiſtendum.

XXIII. De feſtuca & trabe, arbore quoque bona & mala, atque domu ædificanda parabolam ponit.

XXIV. Centurionis ſeruum curat, rogantibus pro eo ſenioribus & amicis.

XXV. Filius vnicus viduæ matris mortuus, iam ciuitate elatus, de feretro ſuſcitatur.

XXVI. Regreſſis Iohannis nuntijs, multa de ejus magnitudine loquitur: & pueris ſedentibus in foro generationem comparat Iudæorum.

XXVII. Diſcumbentis Domini pedes mulier lacrymis rigat: & Phariſæi cogitatio parabola duorum arguitur debitorum.

XXVIII. Euangelizanti Domino & diſcipulis ejus mulieres de ſuis dicuntur facultatibus miniſtraſſe. parabolam quoque ſeminantis fructuumque proponit.

XXIX. Lucernam ſub vaſe non ponendam; & eos matrem fratreſque vocandos ait, qui Patris fecerint voluntatem.

XXX. In naui dormiens, excitatur à periclitantibus: & tempeſtatem maris verbo compeſcit.

XXXI. Hominem à dæmonum legione curauit; quos in porcos ire conceſſit.

XXXII. Pergens ad filiam Iairi ſuſcitandam, mulierem à profluuio ſanguinis ſaluat: reſuſcitatæ puellæ dari præcipit manducare.

XXXIII. Conlatis virtutibus mittit duodecim prædicaturos, præceptis ſalutaribus inſtitutos.

XXXIV. Famam ejus Herodes audiſſe refertur: & Apoſtoli dicuntur quæ fecerant retuliſſe.

XXXV. Quinque panibus & duobus piſcibus, quinque hominum millia ſaturat.

XXXVI. Interroganti diſcipulos, quem eum dicerent homines? Petrus reſpon-

reſpondit, Chriſtum Dei: at ipſe prænuntiat ſe paſſurum.

XXXVII. Docet, vt eum quiſque ſecuturus, abneget ſemetipſum; & quoſdam non viſuros ait mortem, donec videant Regnum Dei. mox infertur transfiguratus in monte.

XXXVIII. Cujuſdam filiam à dæmonio, increpata generationis incredulitate, curauit.

XXXIX. Iterum dicit ſe paſſurum fore: & de primatu cogitationes eorum, ſtatuto in medio puero, vetans, humilitatem docet, & non prohibere virtutes in ipſius nomine facientem.

XL. Ignem de cœlo ſuper contemptores petere volentes diſcipulos increpat: & dicenti, *Sequar te;* Vulpes foueas habere teſtatur. Iuueni ſequenti, dimittere mortuos; & tenentem aratrum, non reſpicere retrò.

XLI. Deſignatis & alijs ſeptuaginta duobus, dat præcepta quibus debeant prædicare: mox incredulas increpat ciuitates. Septuaginta duobus reuerſis, atque gaudentibus, præcipit non de ſubjectione dæmonum, ſed de ſuorum in cœlo nominum ſcriptione gaudere.

XLII. Confeſſio laudis in gaudio refertur ad Patrem: poſtquam infert, priores juſtos quæ vident diſcipuli, non vidiſſe.

XLIII. Legis perito de vita æterna quærente, & quis ejus eſſet proximus ſuſcitante; inducit parabolam vulnerati: cui conlatam à Samaritano miſericordiam præcipit imitandam.

XLIV. Querelam miniſtrantis Marthæ de ſorore non eam adjuuante, optimam eam partem elegiſſe dicendo compeſcit.

XLV. Normam Orationis quinque Petitionum rogatus à diſcipulo tradit.

XLVI. Amici tres panes media nocte petiti parabolam ponens, petendum, quærendum, pulſandumque perſuadet.

XLVII. Mutum dæmoniacum reſtituto curat eloquio: & in Beelzebub talia eum poſſe dicentes, de armato fortiore deuicto, & de ſpiritu immundo ſeptemplici ter in homine regreſſo redarguit.

XLVIII. Exclamanti mulieri, Beatum eſſe ventrem qui eum portaſſet; reſpondit, Eum eſſe beatum qui ſeruauerit verbum Dei. & de ſigno Ionæ dicens, reginam Auſtri commemorat.

XLIX. Lucernam dicens non eſſe ſub modio ponendam, oculum docet ſimplicem eſſe debere.

L. Apud Phariſæum prandere rogatus, cogitantem de Iudaico baptiſmate notans; & *Væ* ſexies dicens, multa eorum mala coarguit.

LI. Diſcipulis præcipit à fermento hypocriſis cauere, & eos qui corpus occidunt non metuere; nec in perſecutione quid locuturi ſint cogitarent.

LII. Petenti quodam inter ſe & fratrem ſuum diuidi hæreditatem, parabolam ponit de diuite auaro. mox & diſcipulis ſollicitudinem cibi veſtiſque, qua carent aues, præcipit euitandam.

LIII. Puſillo gregi Regnum promittens, poſſidenda propter eleemoſynam vendi, lumboſque præcinctos, & lucernas ardentes eſſe debere iubet. vigilandum quoque ſerui boni malique mentione facta præcipiens; ſeruum ſcientem voluntatem Domini multis, ignorantem verò paucis vapulare confirmat.

LIV. Ignem in terram ſe dicit neceſſitudinum diuiſione miſſurum; & faciem cœli probantes, debere tempus intelligere manifeſtum: atque conſentiendum aduerſario in via pronuntiat.

LV. Nuntiatis quibuſdam à Pilato occiſis, ait, Omnes niſi pœnitentiam agant ſimiliter perituros vel ſicut illi decem & octo ruina turris oppreſſi. parabolam quoque de ſterili arbore

Digitized by Google

re fieri ponens, indicat pœnitentiam differentes: & mulierem ab annis decem & octo curuatam erigens, de cura Sabbati murmurantes exemplo bouis adaquandi refellit, gaudente populo de ejus miraculis glorioſis

LV. Regnum Dei grano ſinapis comparans & fermento, de anguſta quoque vitæ via paucorum loquens, *Erunt*, inquit, *primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi*.

LVI. Herodem vulpem appellat: & Hieruſalem increpat, alis ejus protegi reſpuentem.

LVII. Hydropicum Sabbato curans velut de humoris puteo liberatum; murmurantes Phariſæos aſini vel bouis in eo cadentis extractione confundit. humilitatem quoque ſectandam docens, in conuiuio primum accubitum præcipit non quærendum; nec diuites, ſed pauperes qui non retribuunt, eſſe paſcendos.

LVIII. Ponit parabolam de inuitatis; qui ſe excuſare ſtudentes, cœna non fuerunt digni.

LIX. Odituris neceſſitudines inſuper & animam ſuam, & aſſumpta cruce ſecuturis, ſimilitudinem ædificandæ turris, & de bello regum duorum exponit: neue ſint ſal infatuatum, ſed aures habeant audiendi.

LX. Murmurantibus de peccatorum conuiuio, parabolam ouis & dragmæ ponit inuentæ; commendans gaudium de pœnitentum ſalute futurum.

LXI. Parabolam ponens de frugi & luxurioſo filijs, reuerſionem prodigi ad patrem ſalutem indicat pœnitentum.

LXII. De vilico iniquitatis, ex diſſimilitudine qui debitum domini ſui aſtu ſollertiore minueret, introducit.

LXIII. Non poſſe Deo ſeruire quemquã & mammonæ. auaros increpat Phariſæos: Legemque dicens vel Prophetas vſque ad Iohannem Baptiſtam; & quòd dimittens quis vxorem, mœchetur.

LXIV. Inmiſericordem diuitem purpuratum, & pauperem Lazarum introducens, oſtendit qualia ſint paſſuri raptores, ſi ſic merentur puniri tenaces.

LXV. *Væ* dicit ſcandalizanti: pœnitenti verò fratri, etiam ſeptuagies ſepties præcipit remittendum.

LXVI. Augeri ſibi petunt Apoſtoli fidem: & audiunt de translatione arboris facultatem. poſitaque ſimilitudine de ſeruo arante vel paſcente, docet vt inutiles ſe, etiam implentes quæ præcepta ſunt, fateantur.

LXVII. Decem leproſis mundatis, vnus tantùm & hoc alienigena, ad gratias reuertitur referendas.

LXVIII. Interrogatus de tempore, Regnum Dei reſpondit non cum obſeruatione venturum: cumque fulguri comparans, occupandos eos dicit homines ſicut in diebus Noe & Loth; & de binis in tecto, in mola & in agro, ſingulos aſſumendos, & ſingulos pronuntiat relinquendos.

LXIX. Ad ſemper orandum parabolam de vidua ponit, vltionem de aduerſario ſuo ab iniquo iudice poſtulante.

LXX. Oratione Phariſæi in Templo & Publicani propoſita, docet non iactanda merita, ſed confitenda peccata.

LXXI. Paruulos à ſe vetari prohibens, humilitatem ſub eorum nomine ſignificat optinendam.

LXXII. Interrogans diues de poſſidenda vita æterna, ſecunda reſponſione triſtis abſcedit. & relinquentibus propter nomen eius ſuum temporalia, Dominus æterna promittit.

LXXIII. Tradendum ſe Hieroſolymis, paſſurumque prædicit.

LXXIV. Iuxta Hiericho cœco mendicanti lumen in præſenti reſtituit.

LXXV. Perambulans Hiericho, Zacchæũ publicanum abſoluit, qui venit ſaluum

Digitized by Google

ſaluum facere quod perierat.

LXXVI. Parabolam ponit ſeruorum accipientium à Domino ſuo decem mnas vt negotiarentur ex eis: & inimicos regni ſui pronuntiat perimendos.

LXXVII. Super pullum aſinæ ſedit, cunctis dicentibus *Pax in cælo, & gloria in excelſis*. & de increpandis diſcipulis ſuis, ait. *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.*

LXXVIII. Videns Ciuitatem, fleuit ſuper eam, prænuntians euertendam. de Templo vendentes ejecit: Scribis inſidiantibus, à populo libenter auditur.

LXXIX. Sciſcitantes de poteſtate ejus, viciſſim ab interrogante de Iohannis baptiſmo, conuincuntur.

LXXX. Parabolam dicit de cultoribus vineæ, qui domini ſui & ſeruos & filium occiderunt.

LXXXI. Temptantes de tributo Cæſaris reddendo, denarij inſcriptione conuincit.

LXXXII. Sadducæis de ſeptem fratrum vxore quærentibus, reſurrectionem etiam Moyſi teſtimonio firmat.

LXXXIII. Quærit, quomodo Chriſtus filius ſit Dauid, cùm *Dominus* ab eo vocaretur in Pſalmo centeſimo nono? elationem quoque Scribarum arguit. viduam in gazophilacium duo æra mittentem, plus omnibus miſiſſe confirmat.

LXXXIV. Laudantibus ædificium Templi, prædicit ocyùs deſtruendum. & interrogantibus de fine, reſpondit, Mala plurima præceſſura; nec præcogitandum quid traditi loquantur, ſed in patientia ſua poſſideant animas ſuas.

LXXXV. Circumdandam ab exercitu Hieruſalem, & *Væ* prægnantibus, gladium quoque & captiuitatem ſignaque cæli futura, ſeque venturum in nube cum poteſtate magna & majeſtate prædicit.

LXXXVI. *Reſpicite*, inquit, *quia adpropinquat redemptio veſtra*. ab ebrietate quoque & curis hujus vitæ prohibens, vigilandum præcipit & orandum.

LXXXVII. Iudas paciſcitur pretium cum Iudæis. parant diſcipuli Paſcha. myſterium Cœnæ Dominicæ celebratur.

LXXXVIII. Contentionem diſcipulorum, ſeipſum illorum miniſtrum aſtruens, tollit: quibus Regnum promittens, ait poſt aliqua Petro, *Confirma fratres tuos*.

LXXXIX. Paſſionis geſta narrantur: vbi inter cætera, etiam auriculam, quam puero Petrus abſciderat, ipſe manus ſuæ tactu reſtituit.

XC. Crucifigentibus veniam à Patre depoſcens, etiam vnum ex latronibus crucifixum confitentem abſoluit.

XCI. Reſurrexiſſe eum mulieres Angelica reuelatione cognoſcunt. & Petrus ad monumentum currens, ac videns quod factum fuerat, ammiratur.

XCII. A duobus, id eſt, Cleopa & ſocio ejus, (cujus nomen tacetur) euntibus in caſtellum quod tunc *Emmaus* vocabatur, poſt confabulationem prolixam in fractione panis agnoſcitur.

XCIII. Conloquentibus diſcipulis adſtans in medio, dicit, *Pax vobis*. & adhuc pauentes, ſpiritumque putantes, oſtenſione transfixarum manuum pedumque confirmat: edens coram ipſis partem piſcis aſſi & fauum mellis, inſtruit eos. promiſſum Patris miſſurum ſe dicens, aſcendit in cælum.

Expliciunt Capitula.

Incipit Præfatio [in] Euangelium ſecundùm Iohannem.

HIC eſt Iohannes Euangeliſta vnus ex diſcipulis Dei; qui Virgo electus à Deo eſt: quem de nuptijs volentem nubere, vocauit Deus. cujus virginitatis &c. *(vt in Biblijs cum Gloſſa Ordinaria, vſque)* Ideo per ſingula à nobis non exponitur, vt

ſciendi

Digitized by Google

ſciendi deſiderio collocato, & quærentibus fructus laboris, & Deo magiſterij doctrina ſeruetur.

Explicit Prologus.

Incipiunt Capitula ſecundùm Iohannem;

I. IN principio Verbum Deus apud Deum, per quem facta ſunt omnia; & Iohannes miſſus refertur ante eum: qui recipientes ſe facit filios Dei per gratiam ſuam.

II. Interrogantibus Iudæis, Iohannes negat ſe eſſe Chriſtum, ſed miſſum ſe ante illum; Vocemque eſſe clamantis in deſerto ſecundùm Iſaiam enuntiat: ipſum verò fatetur Agnum tollentem peccata Mundi, & baptizantem in Spiritu Sancto; eo quòd ipſe ſit ſupra omnes.

III. Ex duobus Iohannis diſcipulis qui ſecuti fuerant Dominum, vnus Andreas adduxit fratrē ſuum; qui Petrus ab ipſo nuncupatus. Philippus quoque vocatus, Nathanaheli indicat; qui mox inter cætera eum Dei Filium confitetur.

IV. In nuptijs aquam conuertit in vinum: quo facto cognoſcitur, quòd vbi ipſe fuerit inuitatus, vinum neceſſe ſit deficere nuptiarum.

V. Propinquante Paſcha Iudæorum, ejecit vendentes è Templo. & interrogantibus quod ſignum daret; ſoluendi Templum, & in triduo excitandi myſterium ponit.

VI. Nicodemo inter multa dicit, Niſi renatus, in regnum Dei intrare non poſſe; vel quòd non iudicare ſed ſaluare venerit Mundum; & manifeſtari dicit opera quæ in Deo ſunt facta.

VII. Iohanni in Aenon baptizanti dicitur Ieſum baptizare: quē ille ſponſum eſſe; & oportere creſcere, ſe autem minui; illumque de ſurſum, & ſupra omnes eſſe; credentemque in eum, habere vitam æternam; ſuper incredulum verò iram manere confirmat.

VIII. Apud puteum Iacob mulieri Samaritanæ manifeſtatus, plurima myſticè loquitur: & multi Samaritanorum credunt in eū, dicentes. *Hic eſt verè Saluator Mundi.*

IX. Reguli cujuſdam filius ægrotans, abſentis Domini voce ſanatur, dicentis patri ejus. *Vade; filius tuus viuit.* credidit ipſe & domus ejus tota.

X. Hominem triginta & octo annos habentem in infirmitate ſua, dicendo. *Surge; tolle grabatum tuum; & ambula;* in Sabbato curat, æqualem ſe (quod erat) faciens Deo.

XI. Quòd Filius ſicut Pater ſuſcitans mortuos, ſit æqualiter honorandus; in quo credentes tranſeant de morte ad vitam: venturam quoque pronuntiat horam, qua de monumentis boni malique reſurgant.

XII. Pro teſtimonio ſuo Iohannem lucernam appellat. Patrem quoque & Scripturas de ſe teſtimonium perhibere; Iudæos alium recepturos; de ſe autem Moyſen ſcripſiſſe teſtatur.

XIII. Propinquante Paſcha Iudæorum, de quinque panibus & duobus piſcibus quinque milia hominum ſaturauit: pro quo ſigno cùm regem eum vellent facere, fugit. & ambulans ſupra mare, pauentibus diſcipulis, ait. *Ego ſum; nolite timere.*

XIV. A turbis quæſitus, & inuentus, ait, *Operamini cibum qui non perit:* & Panem de cælis verum dicit dare vitam Mundo.

XV. Panem vitæ ſe dicit: & credentes in ſe, reſuſcitaturum in nouiſſimo die.

XVI. Murmurantes, Ioſeph eum filium dicunt: at ipſe inter multa, carnem ſuam panem ſe daturum, ait, pro Mundi vita: & cætera ſimilia plurima de pane & carne ſua teſtatur.

XVII. Verba ſua ſpiritum vitamque pronuntiat: & vnum ex Duodecim, diabolum appellat.

XVIII. Iudæis interficere eum quærentibus, aſcendit occultè ad diem feſtum Scenophegiæ: vbi diuerſa de eo & ab eo dicuntur. & quærentes eum adprehendere, nequeunt; quia nondum venerat hora ejus.

XIX. Multis de turba credentibus, plurima loquitur: inter quæ ait, *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat*. Nicodemo quoque pro ipſo de audientia dicenti reſiſtitur à Phariſæis.

XX. Mulierem in adulterio deprehenſam, atque ad ſe adductam, nec ab accuſatoribus condemnatam, ipſe ſub conditione qua vlteriùs non peccaret, abſoluit.

XXI. Lucem Mundi ſe dicens; Phariſæos de proprio teſtimonio reſultantes arguit, iudiciū ſuum verum eſſe confirmans.

XXII. Dicit Iudæis, *Et vos in peccato veſtro moriemini*. à quibus interrogatus, Quis eſſet; Principium ſe eſſe reſpondit; addens. *Cùm exaltaueritis Filium hominis; tunc cognoſcetis quia ego ſum*.

XXIII. Iudæis credentibus ait. *Si manſeritis in ſermone meo; Veritas liberabit vos*. quibus reſpondentibus, ſe eſſe liberos, dicit. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*. & inter alia multa, diabolum homicidam, & mendacij patrem adſignat.

XXIV. *Qui ſermonem*, inquit, *meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum*. & inter cætera plurima, ante Abraham ſe eſſe dicens, exiuit de Templo.

XXV. Cæcum à natiuitate ſanaturus, Lucem Mundi ſe dicit. quem cùm illuminaſſet, multa Phariſæis anxietate turbatis atque quærentibus, ipſe ab illuminato cognitus adoratur.

XXVI. *Qui non intrat*, inquit, *in ouile per oſtium, fur eſt*: ſeque dicit, Oſtium & Paſtorem ouium: pro quibus ſe ſuam animam poſiturum; & alias oues adducturum pronuntiat, vt fiat vnū Ouile & vnus Paſtor.

XXVII. Poteſtatem habere ſe dicit ponendi ac reſumendi animam ſuam. facta quoque Encenia Hieroſolymis, & inter multa quæ Phariſæis ſciſcitantibus dixerat, ait. *Ego & Pater vnum ſumus*. & multi crediderunt in eum.

XXVIII. Lazarum quatriduanum mortuum ſuſcitaturus, dormire dicit. quem magna voce clamando reſuſcitans, ſolui iubet & abire, plurimis credentibus ex Iudæis.

XXIX. Pontifices aduerſùs eum conſilium colligunt: in quo Caiphas, Vnum debere mori pro populo prophetizat. & ante ſex dies Paſchæ vnguento pedes Domino perfunduntur; de cujus pretio, Iudæ murmur arguitur.

XXX. Turba cum ramis palmarum occurrens, clamat. *Oſanna*. ipſe verò ſuper pullum aſinæ ſedit, Phariſæis dicentibus, *Totus Mundus poſt eum abijt*.

XXXI. Nuntians Gentilibus eum videre volentibus, horam ſuæ clarificationis eſſe dicit. & granum frumenti mortuum, multum fructum pronuntiat allaturum: miniſtrantem quoque ſibi, honorificandum promittit à Patre.

XXXII. Animam ſuam turbatam eſſe dicenti, & clarificare ſe à Patre poſcenti, vox de cælo ait, *Clarificaui*. poſt hæc multa proſequitur: inter quæ, ſe non ad iudicandum, ſed ad ſaluandum Mundum veniſſe teſtatur.

XXXIII. Surgens à Cœna, pedes lauit diſcipulorum; exemplum dediſſe ſe dicens, vt ipſi conſeruis faciant, quod omnium Dominum feciſſe probarunt.

XXXIV. Non eſſe ſeruum majorem Domino dicens, poſt teſtimonium Scripturæ, Iudam intincti panis porrectione ſignificat: & diſcipulos multipliciter exhortatur.

Non

Digitized by Google

XXXV. *Non turbetur cor veſtrum*, ait diſcipulis; *Ego ſum Via, Veritas & Vita: qui videt me, vidit & Patrem: ego in Patre, & Pater in me: quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam.*

XXXVI. Diligentibus ſe diſcipulis, mandataque ſeruantibus, Paraclitum promittit à Patre mittendum, manſurumque cum eis in æternum: ſeque pacem dare eis, pacemque relinquere pollicetur.

XXXVII. Seipſum autem & Patrem Agricolam dicens; diſcipuloſque palmites, ſine ſe nihil eos facere poſſe teſtatur: & multis locutionum modis alternam eis dilectionem inculcat; cujus merito poſſent quodcunque petierint, impetrare.

XXXVIII. Eandem dilectionem inſtantiùs commendans, contemnendum docet odium Mundi; prædicens qualia pro ejus nomine ſint paſſuri & arguendum Mundum à Paraclito, de peccato, de juſtitia & de iudicio manifeſtat.

XXXIX. Modicum, & videndum ſe dicit ab eis; & iterum modicum, & non videndum. de quo quærentibus diſcipulis, ſimilitudinẽ mulieris poſt partum, triſtitiæ præ gaudio [non] reminiſcentis inducit. quos & à Patre amari ſignificans, corroborat ſe relicturos, dicens. *In Mundo preſſuram habebitis: ſed confidete; ego vici Mundum.*

XL. Ad Patrem de clarificatione ſua loquens, diſcipulos prolixa & multimoda proſecutione commendat, paſſione protenus imminente

XLI. Traditionis ac Paſſionis ejus per ordinem geſta narrantur

XLII. Reſurrectionis ſimiliter manifeſtatio declaratur; qua Maria Magdalenæ Petro & Iohanni nuntiat ſublatum corpus de monumento. quibus occurrentibus ac reuerſis, ipſa poſt Angelicam viſionem viſum à ſe Dominum æſtimàns hortolanum; quo mox cognito, jubetur diſcipulis nuntiare.

XLIII. Cùm fores eſſent clauſæ, veniens ad Diſcipulos, pacem infert, manibus lateréque monſtrato: quibus inſufflatione ſignificat Spiritum Sanctum. Item poſt dies octo, Thomas inſpectione vel tactu lateris ac manuum confirmatur, audiens. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.*

XLIV. Manifeſtat ſe iterum ad mare Tiberiadis ſeptem diſcipulis in captura piſcium centum quinquaginta trium, cùm reſurrexiſſet à mortuis.

XLV. Vſque tertiò dicit Petro, *Amas me?* quia ter eum negauerat: & paſcendas oues æquè tertiò commendans, extenſione manuum ſignificat ei, quòd crucis morte foret martyrio coronandus.

Expliciunt Capitula.

(Codd. Orat. E. 16. B. VII. Vatic. 4221. & Cod. Reginæ Suetiæ; qui olim fuiſſe dicitur S. Vencelai Ducis Bohemiæ)

Epiſtola Hieronymi Presbyteri ad Damaſum Papam, Vrbis Romæ Epiſcopum in Euangelijs.

(al.) Incipit Epiſtola S. Hieronymi Presbyteri in Libro quatuor Euangeliorum.

Beatiſſimo Papæ Damaſo, Hieronymus.

NOuum opus me facere cogis ex veteri; vt poſt exemplaria Scripturarum toto Orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variant; quæ ſint illa, quæ cùm Græca conſentiant, veritate decernam (*&c. vſque*) & cùm ſcieris, recurres ad volumina ſingulorum: & ſine mora repertis numeris, quos ante ſignaueras, reperies & loca, in quibus vel eadem, vel vicina dixerunt. Opto vt in Chriſto valeas, & memineris mei Papa Beatiſſime. (*Vnus Cod. add.*) Amen. Hieronymus.

Ex-

Explicit Epiſtola Hieronymi ad Damaſum.

Incipit Præfatio eiuſdem.

[al.] *Incipit Prologus quatuor Euangeliorum.*

PLures fuiſſe, qui Euangelia ſcripſerunt, & Lucas Euangeliſta teſtatur [*&c. vſque*] Quibus cunctis perſpicuè oſtenditur, quatuor tantum debere Euangelia ſuſcipi; & omnes apocriforum nenias mortuis magis hæreticis, quàm Eccleſiaſticis viuis canendas. (*al. ad.*) Amen.

Explicit Præfatio.

[*al.*] *Explicit Prologus quatuor Euangeliorum.*

[*Ex Cod. Orat. B. vij. & Codd. Reginæ Suetiæ, quorum vnus creditur fuiſſe S. Venceslai Ducis Bohemiæ.*]

Incipit Prologus Euſebij Epiſcopi de decem Canonibus Euangeliorum.

Euſebius Carpiano fratri, in Domino ſalutem.

AMmonius quidem Alexandrinus magnus ſtudio atque induſtria, vnum nobis pro quatuor Euangelijs dereliquit: nanque trium Euangeliorum ſenſus exce-
a ptos (*a*) ſimiles, contentuſque Matthæi
b Euangelio, quaſi ad vnum (*b*) congregatos
adnexuit: ita vt eorumdem (quantùm ad tenorem pertinet lectionis) ſequens iam ſtylus interruptus eſſe videatur. Verùm vt ſaluo corpore ſiue textu cæterorum, hoc eſt
c (*c*) Euangeliorum, propria & familiaria
d loca, in quibus eadem ſimiliterque (*d*) di-
e xerint ſcire poſſis, ac verè diſcernere (*e*);
accepta occaſione ex prædicti viri ſtudio, alia ratione decem numero tibi Titulos deſignaui. Quorum Primus in ſe quatuor
continet numeros; in quibus ſimilia ab vni- I
uerſis dicta ſunt, Matthæo, Marco, Luca, Iohanne. Secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. Quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. Quintus, in quibus duo, Matthæus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus. Septimus, in quibus duo, Matthæus, Iohannes. Octauus, in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus, in quibus duo, Lucas, Iohannes. Decimus, in quibus ſinguli de quibuſdam propriè ſcripſerunt. Et quidem ſubiectorum Titulorum id eſt Argumentum: clara verò eorum narratio hæc eſt. Etenim per ſingula loca Euangeliorum quidam numerus videtur appoſitus, paulatim incipiens à primo,
deinde ſecundo, poſtremò (*f*) tertio, & per f
ordinem librorum [ad] finem vſque progrediens. Itaque per ſingulos numeros ſupputatio per minij diſtinctionem inuenitur inſerta, ſignificans cui de decem Titulis appoſitus numerus dignoſcitur. veluti ſiquidem primus; certum eſt quòd in primo: ſi verò ſecundus; in ſecundo: & eodem modo vſque ad decim. Si igitur euoluto vno qualicumque de quatuor Euangelijs, cuilibet capitulo velis inſiſtere, & reſcire qui ſimilia dixerint, & loca propria agnoſcere ſingulorum in quibus eadem ſunt prolocuti; eiuſdem ſenſus quem tenes relegens propoſitum numerum, quæſitumque eum in Titulo, quem demonſtrat Tituli ſubnotatio; continuò ſcire poteris ex ſuperſcriptionibus, quas in fronte notatas inuenies, qui aut quid de his quæ inquiris ſimilia dixerint. veniens etiam ad reliqua Euangelia, per eumdem numerum quem contines, videbis appoſitos per ſingulos numeros; atque eos in ſuis proprijſque locis ſimilia dixiſſe reperies.

Hieronymus Damaſo Papæ.

SCiendum etiam, ne quis ignarum ex ſimilitudine numerorum error inuoluat; quòd (ſicut in ſubnotatione Canonum diſtinctorum) in Canone quolibet tres Euangeliſtæ, bis, vel ter, vel quater, aut etiam ampliùs eumdem numerum per ordinem habuerunt adnotatum; & quartus è contrario diſcrepantes; quod id quod tres
illi in eo loco ſemel (*g*) dixerint, quartus g
illi

a. *al. ad.* omnes. b. *al.* congeſtos. c. *al.* Euangelium. *leg.* Euangeliſtarum.
d. *al.* dixerunt. e. *al.* diſſerere. f. *al.* tribus. *al.* tres. g. *al.* dixerunt.

totiens in corpore voluminis ſui ponat. quotiens diuerſi numeri in eius Canone poſiti ſunt, contra prædictorum numerorum continuata ſimilitudines. Item ſi in vno quolibet eorum aut etiam duobus ibidem in canone numerus, bis, ter, aut eo amplius reperiatur in ordine conlocatus, & diſparis inueniatur in cæteris; dubium non erit quòd id illius illorumue Canones numeris, bis, ter, repetitum, ab his in volumine ſemel dictum ſit: alteri verò eorum totiens in vno, atque eodem ſenſu loquantur; quotiens prætulerint in numerorum adnotatione diſtantiam. hoc & in omnium nouem canonum conlatione ſeruabitur. Cæterùm in Decimo, quoniam propria ſingulorum tantummodo continentur, non poteſt contra id comparatio eſſe, quod ſolum eſt. Opto vt in Chriſto valeas, & memineris mei Beatiſſime Papa.

(Cod. Orat. E. 16.)

Incipiunt Canones X. minutatim per ordinem diſtincti: quos Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus primò in Græcum, Hieronymo poſtea in Latinum differente, in X. Numeros ordinauit.

Lege cautè, prudenterque lector in pace.

TVam Chriſte clementiam ſuppliciter imploro; vt ſpiritus tuus bonus deducat me in viam tuam; & eum, qui ab Aquilone eſt, longe faciat me: quatenus, eiectis à me malignis, ſcruter mandata Dei mei; relatiſque interius oculis ad conſideranda tuæ ſacroſanctæ Legis mirabilia deuotus lector ingrediar.

(Ex Codd. ſuperiùs relatis)

[Integri hi Canones extant inter opera S. Hieronymi.]

Incipit	*Canon*	*Primus.*	*in quo IIII.*
Matth.	*Mar.*	*Luc.*	*Iohan.*
VIII.	II.	VII.	X.
XI.	IIII.	X.	VI.
&c.	*&c.*	*&c.*	*&c.*
Expl. Canon	*Primus. in quo IIII*	*Matth. Mar.*	*Luc. Iohan.*

Item can. II.	*in quo*	*tres*
Matth.	*Mar.*	*Luc.*
XV.	VI.	XV.
XXI.	X.	XXXII.
&c.	*&c.*	*&c.*
Finit Can.	*II. in quo*	*tres*
Matth.	*Mar.*	*Luc.*

Item Canon	*III. in quo*	*tres*
Matth.	*Luc.*	*Iohan.*
I.	XIIII.	I.
I.	XIIII.	III.
&c.	*&c.*	*&c.*
Terminato	*Canone III.*	*in quo III.*
Matth.	*Luc.*	*Iohan.*

Item inchoat	*Canon. IIII.*	*in quo III.*
Matt.	*Mar.*	*Iohan.*
XVIII.	VIII.	VI.
CXVII.	XXVI.	XCIII.
&c.	*&c.*	*&c.*
Finit Can.	*IIII. in quo III.*	*Matth. Mar. Iohan.*

Item

Item Canon	*V. in quo II.*
Matth.	*Luc.*
III.	II.
X.	VIII.
&c.	*&c.*
Finit Canon	*V. in quo II. Matth. Luc.*
Item Canon [VI.]	*in quo II.*
Matth.	*Mar.*
VIIII.	III.
XVII.	VII.
&c.	*&c.*
Finit Canon	*VI. in quo II.*
Matth.	*Mar.*
Item Canon	*VII. in quo II.*
Matth.	*Iohan.*
V.	LXXXIII.
XVIIII.	XVIIII.
&c.	*&c.*
Finit Canon	*VII. in quo II.*
Matth.	*Iohan.*
Item Canon VIII.	*in quo II.*
Luc.	*Mar.*
XXIII.	XII.
XXV.	XIIII.
&c.	*&c.*
Explicit Canon	*VIII. in quo duo*
Luc.	*Mar.*
Incipit Canon	*VIIII. in quo II.*
Luc.	*Iohan.*
XXX.	CCXVIIII.
XXX.	CCXXII.
&c.	*&c.*
Finit Canon	*VIIII. in quo duo*
Luc.	*Iohan.*

Nunc inchoat Canon X.
in quo
Matthæus propriè.
Matthæus.
II.
IIII.
&c.
Finit Canon X. in quo
Matth. propriè.

Item

Item Can. X. in quo
Marcus propriè.
Marcus.
XVIIII.
XXXI.
&c.
Finit Canon X. in quo
Mar. propriè.

Item Canon X. in quo
Lucas propriè.
Luc.
I.
III.
Finit Canon X. in quo
Luc. propriè.

Incipit. Can. X. in quo
Iohannes propriè
Iohan.
IIII.
VII.
&c.
Explicit Canon omnium.

(*Codd. Orat. B. vij. Vatic.* 4221.)

Argumentum Euangelij ſecundùm Matthæum.

MAtthæus ex Iudæa, ſicut in ordine primus ponitur; ita Euangelium in Iudæa primus ſcripſit eujus vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit (*&c. vſque.*) & fidem factæ rei tradere; & operantis Dei intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem quærentibus non tacere.

Incipit Breuiarium Euangelij ſecundùm Matthæum.

al.) *Incipiunt Capitula in Euangelio ſecundùm Matthæum.*

I. NAtiuitas Chriſti. Magi eum muneribus veniunt. Et Ioſeph ab Angelo per viſum admonitus, cum puero & matre ejus in Aegyptum fugit. Infantes (*a*) interficiuntur cum matre. a

II. Regreſſio Ieſu ex Aegypto in Nazareth. De baptiſmate Iohannis in Iordane. De Chriſti (*b*) baptiſmo. d

III. Ieſus poſt ieiunium quadraginta dierum & quadraginta noctiũ temptatur à diabolo. Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem piſcatores (*c*) vocat. & c
(*d*) circuiens Galilæam, varios d
languores hominum curat.

IV. Beatitudo, & cetera mandata: ideſt, de homicidio; de oblatione; de adulterio; de oculo vel manu eruenda; vxorem niſi ob adulterium non dimittendam; de iuramentis; de oculo & dente; inimicos diligendos. (*al.* de inimicis diligendis)

V. De eleemoſynis. Oratio. Ieiunium. De theſauro in cælo. lucernam corporis eſſe oculum. & non poſſe duobus do-

c minis

a *al.* occiduntur. b *al.* baptiſmate. c *al.* conuocat. d *al.* circumiens.

minis ſeruire. nec cogitandum
de eſca & veſtimento. de vo-
latilibus, & lilijs agri, & ſolli-
citudine diei.

VI. Non eſſe iudicandum. de feſtuca
& trabe in oculo. De marga-
ritis ante porcos. petendum,
quærendum, & pulſandum.
de pſeudoprophetis: quia
non omnis qui dicit mihi,
Domine, Domine, intrabit in
regnum cælorum. De domo
ædificata ſupra petram vel are-
nam.

VII. Deſcendens de monte, leproſum
mundat. puerum centurio-
nis paralyticum curat. ſo-
e crum Petri à febribus (*e*) libe-
f rat De (*f*) plurimis curis
& ſcribæ volenti ſe ſequi dicit,
Non habere Filium hominis
vbi caput reclinet. atque vt
alius relicto patris corpore, ſe
ſequatur præcepit.

VIII. In naui cum dormientem exci-
tant diſcipuli, vt tempeſtatem
ſedaret. & in terra Geraſeno-
g rum dæmonia (*g*) eicit.

IX. Vbi paralyticus lectum fert. Ma-
thæum conuocat. ac Phariſæis
murmurantibus de conuiuio
publicanorum, dicit, Non
eſſe opus ſanis medicum. Di-
ſcipulis Iohannis interroganti-
bus, quare non ieiunarent di-
ſcipuli eius; parabolam panni
& ſciſſuræ, & vtrium & vini
ponit. Filiam principis mor-
tuam dum vadit ſuſcitare, mu-
lierem à profluuio liberat.
Cæcis oculi aperiuntur. Sur-
dum & mutum dæmonium
eicitur: & in principe dæmo-
niorum id facere dicitur.

X. Duodecim Apoſtolos præmittit
cum omni doctrina. ac dicit,
quòd non venit pacem mittere
in terra ſed gladium.

XI. Iohannes de carcere ad Ieſum; &
Ieſus de Iohanne ad turbas lo-
quitur: atque increpat ciuita-
tes quæ pœnitentiam non ege-
runt. Confeſſio Ieſu ad Pa-
trem. & iugum Domini leue
eſſe.

XII. Diſcipuli ſpicas vellunt. ma-
num aridam ſanat. hominem
à dæmonio cæcum & mutum
curat. & in principe dæmonio-
rum id facere opinantes de-
ſtruit. Phariſæis ſignum peten-
tibus, Ionæ & Niniuitarum
ſignum tradit. (*h*) matrem & h
fratres ſpernit.

XIII. Sedens in nauicula Ieſus, turbis
parabolas exponit, id eſt, de
ſeminantis ſemine, centeſimum
ſexageſimum & triceſimum.
De zizania in tritico. De gra-
no ſinapis. de fermento abſcon-
dito in farina. & exſoluit diſci-
pulis (*i*) parabolas zizanio- i
rum. parabolas de theſauro
in agro. de bona margarita.
de rete miſſo in mare. Pro-
phetam in patria ſua ſine ho-
nore eſſe.

XIV. De Iohannis capite in diſco. De
quinque panibus & duobus pi-
ſcibus in quinque milia (*k*) vi- k
rorum. Ieſus ſupra mare am-
bulat: & Petrum mergentem
alleuat. & in terra Geneſar
multos languores curat.

XV. De manibus lauandis. & de his
quæ de ore exeunt, quia coin-
quinant, non quæ intrant in
homine. filiam mulieris Syro-
phœniſſæ à dæmonio curat. &
ſecùs mare Galilææ claudos,
cæcos & mutos ſanat.

XVI. De ſeptem panibus & paucis pi-
ſcibus quatuor millia homi-
num ſatiat. De ſigno Ionæ
Prophetæ. De fermento Pha-
riſæorum. De Epiſcopatu Pe-
tri; quem increpat. ac dicit,
Crucem ſuam debere tollere
vnumquemque, qui velit Do-
minum ſequi. & dicit, Non
viſuros quoſdam mortem, do-
nec videant Filium hominis in
regno ſuo venire

XVII. In monte cum Moyſe & Helia
apparet: & vox de cælo ad eũ.
Vnde deſcendentibus, Heliam
iam

e *al.* curat. f *al.* pluribus. g *al.* eiecit. h *al.* ad et. i *al.* parabolam. k *al.* viros.

Digitized by Google

iam veniſſe, & non eſſe ſuſceptum manifeſtat. Puerum lunaticum ſaluat. & de fide vt granum ſinapis docet.

XVIII. De ſtatere in ore piſcis. de humilitate ſicut puerum. & de manu & pede & oculo eruendo. & nec minimum ſcandalizandum: quorum Angelos faciem Patris in cœlis ſemper videre teſtatur. Correptio fratrum. quòd indulgeri debeat alterutrum vſque ſeptuagies ſepties.

XIX. Qui conſeruum ſuum propter denarios centum ſuffocat. vxorem non debere dimitti. & de Eunuchis. infantes non eſſe arcendos à benedictione. diuitem difficilè introire in regnum cælorum. & centuplum recepturum qui omnibus ſuis renuntiauerit.

XX. De primis nouiſſimos fieri. parabolam operariorum in vineam conductorum. De filijs Zebedæi. & de primis accubitis cænæ.

XXI. De duobus cæcis ſecus viam ſedentibus. De aſina & pullo eius. & vbi nummularios (l) eiecit de Templo, clamantibus pueris *Oſanna*. De ficu quæ arida facta eſt. Interrogatur in qua poteſtate hoc faceret; ipſe interrogat de Iohannis baptiſmate; ſubiungens parabolam hominis, qui filios ſuos in vineam mittit. & quòd publicani & meretrices in regno Dei multos Sacerdotum & Scribarum ſint præceſſuri dicit.

XXII. Parabolā de vinitoribus qui interficiunt ad ſe miſſos. parabolā, vbi inuitati contempnunt venire ad nuptias.

XXIII. De inſcriptione & imagine Cæſaris. De muliere quæ ſeptem fratres habuit. Temptatus à Phariſæis, interrogat eos de Chriſto cujus filius eſſet. & diſcipulos vt quæ Phariſæi dicunt, fiant; ſed quæ faciunt, non fiant.

XXIV. Increpat Scribas & Phariſæos de proſelyto. De iuramento. de camelo & culice, & calice & catino lauando, & monumentis dealbatis, & monumentis Prophetarum, & alijs multis.

XXV. *Hieruſalem, Hieruſalem*. de ſtructura Templi & ſignis nouiſſimorum dierum, & diebus breuiatis. De pſeudochriſtis. de pſeudoprophetis. De aduentu Saluatoris, & occaſu elementorum. De decem Virginibus. De talentis. de ouibus à dextris, & de hædis à ſiniſtris: & de operibus eorum.

XXVI. De Iudæorum conſilio de comprehendendo Ieſu. De muliere quæ vnguento perfudit Ieſum. Iudas præmium petit vt tradat Ieſum. Cœnans, de Iuda traditore ſuo ad diſcipulos loquitur. Oblatio eius.

XXVII. Petro dicit quòd tertio pullo abnegaturus eum eſſet. Orationes Ieſu ad Patrem. Iudas Ieſum oſculo tradidit: & Petrus auriculam abſcidit. Ieſus falſis teſtibus condemnatur, & illuditur. Petrus tertiò abnegat & lachrimatur Ieſus Pilato traditur. & Iudas laqueo ſe ſuſpendit. de agro figuli. Iudicium Pilati. & de Barabba latrone.

XXVIII. Paſſio Ieſu & Sepultura. & Reſurrectio eius, itemque mandata & doctrina eius de Baptiſmo.

Explicit Breuiarium.

Incipit Euangelium ſecundùm Matthæum.

Liber generationis Ieſu Chriſti &c.

(*Codd. S. Pauli. Orat. E. 16. & Codd. Reginæ Suetiæ*)

l al. eijcit.

Incipiunt Capitula Matthæi Euangelij.

a I. NAtiuitas (a) Chriſti. Magorum munera Occultatio Ieſu. Infantes interficiuntur.

II. Regreſſus Ieſus ex Aegypto in Nazaret, à Iohanne in Iordane baptizatus eſt (*al.* baptizatur.)

III. Ieſus tentatus à diabolo, vicit. Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem piſcatores conuocat. & circumiens, varios languores hominum curat.

IV. De Beatitudine, & de cæteris mandatis.

V. Orationem docet. & inter cætera mandata, non eſſe cogitandum de victu & veſtimẽto prædicit (*al.* prædicat.)

VI. Non eſſe præproperè iudicandũ. de margaritis ante porcos non mittendis petendum, quærendum, & pulſandum. à pſeudoprophetis cauendum. quia non omnes qui dicunt, *Domine*, *Domine*, intrabunt in regnum cælorum. de domo ædificata ſuper petram vel arenam.

VII. Leproſum mundat. puerum Tribuni (*al.*Centurionis) paralyticum curat. Socrum Petri à febribus liberat. de plurimis curis. & vt mortui mortuos ſuos ſepeliant cuidam dicit.

VIII. Nauigans, tempeſtatem ſedat. in terra Geraſænorum dæmonia eicit.

IX. Paralyticus curatus,lectum ſuum portat (*al.* baiulat.) Matthæum conuocat. in domo ejus diſcumbens, Phariſæis dicit, Non eſſe opus ſanis (*al.* validis) medico.

X. Parabolam panni & ſciſſuræ, & vtrium & vini ponit. mulierem à profluuio ſanguinis liberat. & filiam principis cujuſdam mortuam ſuſcitat. cæcis oculos aperit. ſurdum & mutum dæmonium eicit. duodecim Apoſtolos præmittit cum omni doctrina. & dicit quòd non venerit pacem mittere ſuper terram ſed gladium; (*al.* & dicit quia, *Non veni pacem mittere ſuper terrã ſed gladium*.)

XI. Ieſus teſtimonium perhibet Ioanni (*b*) quòd major Propheta, b ipſo non ſit. atque increpat ciuitates, quæ credere noluerunt. Confeſſio Ieſu ad Patrem: & jugum Domini leue eſſe.

XII. Diſcipuli ſpicas vellunt. manum aridam habentem ſanat. hominem à dæmonio cæcum & mutum liberat. & in principe dæmoniorum id facere eum opinantes redarguit (*al.*deſtruit) Ionæ & Nineuitarum ſignum Phariſæis promittit (*al.*tradit) matrem & fratres ſpernit.

XIII. De nauicula turbis parabolas exponit. prophetam in patria ſua ſine honore eſſe dicit.

XIV. De Ioannis capite in diſco, de quinque panibus & duobus piſcibus in quinque millia (*c*) c viros. Ieſus ſuper mare ambulans, Petrum mergentem leuat (*al.* adleuat.)

XV. Quòd ea magis quæ de ore exeunt, coinquinant hominem. filiam mulieris Syrophœniſſæ à dæmonio liberat. & multos alios ſanat.

XVI. De ſeptem panibus in quatuor millia (*d*) viros. à fermento d Phariſæorum cauendum. Chriſtum Dei viui Filium eſſe Petrus confitetur: quemque poſt paululum Chriſtus durè increpat.

XVII. In monte transfiguratur. puerum lunaticum ſaluat (*al.* curat.) de ſtatere in ore piſcis.

XVIII. Humilitatem docet conferendã puerilitati. (*al.* Humilitatem docet ſicut pueri.) & nec minimum fidelium ſcandalizandum; quorum Angeli faciem Patris in cælis ſemper vident. Corripiendos fratres; & ſæpiùs indulgendum.

XIX. Similitudo de illo, qui conſeruũ ſuum

a *al.* id. Ieſu. b *al.* de Iohanne dicit, atque increpat. c *al.* virorum. d *al.* virorum.

ſuum propter centum denarios ſuffocat. de Eunuchis. infantes non eſſe arcendos à benedictione. difficilè diuitem (e) introire in regnum cælorum.

XX. De primis nouiſſimos futuros. parabolam operariorum in vineam conductorum. de petitione filiorum Zebedæi. & de accubitu primo (*al.* primis accubitis) cœnæ. de duobus cæcis ſecus viam curatis.

XXI. De aſina & pullo ejus. de ficu areſacta. Interrogatus in quâ poteſtate hæc faceret, interrogat de Iohannis baptiſmate; ſubjungens parabolam duorum filiorum in vineam miſſorum.

XXII. Parabolam de vinea & colonis, qui interficiunt ad ſe miſſos. parabolam de his qui inuitati ad nuptias, venire contemnunt (*al.* contempſerunt.)

XXIII. De denario Cæſaris. de muliere quam ſeptem fratres habuerunt (*al.* quæ ſeptem fratres habuit.) Hieſus temptatus à Phariſæis, interrogat eos, cujus filius ſit (*al.* eſſet) Chriſtus.

XXIIII. Increpans Scribas, dicit. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi!*

XXV. (*f*) Arguens inclamat *Hieruſalem* (*al.* increpatio ciuitatis Hieruſalem). de occiſione (*al. ad* & lapidatione) Prophetarum. de ſignis nouiſſimorum dierum. de aduentu Saluatoris. de decem virginibus. de talentis. de ouibus à dextris, & hædis à ſiniſtris.

XXVI. Iudæorum conſilium de comprehendendo Ieſu. & cætera quæ in Cœnæ Domini geſta ſunt.

XXVII. Petro prædicit quòd tertiò eum (*g*) negaturus eſſet. Oratio Ieſu ad Patrem. & cætera cùm traderetur.

XXVIII. Paſſio Ieſu, & Sepultura, & Reſurrectio ejus. Iemque mandata & doctrina ejus de Baptiſmo.

Expliciunt Capitula.

(al.) *Explicit Breuiarium.*

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet.

Incipit Euangelium ſecundùm Matthæum.

(al.) *In nomine Diuino Trino orditur Liber ſacri Euangelij catà Matthæum.*

Liber generationis Ieſu Chriſti.

M.II. Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim.
X.

M.III. Chriſti autem generatio ſic erat.
V. I. c.1. ỳ.18.
Cùm eſſet deſponſata mater ejus Maria Ioſeph

M.IV. Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet juſtus, & nollet eam traducere.
X. II. c 2 ỳ.19.
Defuncto autem Herode, ecce apparuit Angelus Domini in ſomnis Ioſeph.
III. c 4 ỳ.1.
Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt temptaretur.
IV. c 5. ỳ.1.
Videns autem turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum.
V. c.6. ỳ.7.
Orantes autẽ nolite multùm loqui, ſicut ethnici: putant enim quòd in multiloquio.
VI c.7. ỳ.1.
Nolite judicare; vt non judicemini: in quo enim judicio judicaueritis,judicabimi.
VII c.8 ỳ.1.
Cùm autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Et ecce leproſus.
VIII. c.8 ỳ 23.
Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli ejus.
IX. c.9 ỳ.1.
Et aſcendens in nauiculam, transfretauit; & venit in ciuitatem ſuam.
X. c.10. ỳ.1.
Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatẽ ſpirituum immundorũ.
XI. c 11. ỳ 2.
Iohannes autem,cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti,mittens duos de diſcipulis.
In

e *al* intrate. f *al.* Hieruſalem, Hieruſalem de ſignis &c. g *al* abnegaturus.

XII. c. 12. ℣. 1
In illo tempore abijt Ieſus Sabbato per ſata; diſcipuli autem ejus eſurientes
XIII. c 1 ℣. 1.
In illo die exiens Ieſus de domo. ſedebat ſecus mare: & congregatæ ſunt ad eum.
XIV c 4 ℣. 1.
In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famā Ieſu; & ait pueris ſuis. Hic eſt.
XV. 15. ℣. 1.
Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi dicentes. Quare.
XVI. c 15. ℣. 29.
Et cùm tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galileæ: & aſcendens in montem.
XVI. c. 17 ℣. 1.
Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem ejus.
XVIII c. 18. ℣ 1.
In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. Quis putas major eſt in reg?
XIX. c. 18. ℣. 23.
Ideo ad ſimilatum eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere.
XX. c. 19. ℣ 30.
Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Simile eſt enim regnum. homini patri familias, qui exijt primo manè.
XXI. c. 21. ℣. 1.
Et cùm adpropinquaſſent Hieroſolymis; & veniſſent Bethphage àd montem Oliueti.
XXII. c. 21. ℣. 33.
Aliam parabolam audite Homo erat pater fam lias, qui plantauit vineam.
XXIII. c 22 ℣ 15.
Tunc abeuntes Pharizæi, conſilium inierunt vt caperent eum in ſermone
XXIV. c. 23. ℣. 13.
Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ! quia clauditis regnum cælorum.
XXV. c. 23. ℣. 37.
Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas; & lapidas eos qui ad te miſſi.
XXVI. c. 26. ℣ 1.
Et factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet.
XXVII. c. 26. ℣ 31.
Tunc dicit illis Ieſus. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.

Explicuit Liber Sancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

(al.) *Explicit Euangelium ſecundùm Matthæum.*

V. II. DCC.

(hoc eſt, Verſ. 2700.)

[*Codd. Reginæ Suetiæ & Vatic. 4221.*]

Incipit Præfatio Euangelij ſecundùm Marcum.

[al.] *Incipit Argumentum in Euangelium ſecundùm Marcum.*

Marcus Euangeliſta Dei electus, & Petri in baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus, Sacerdotium in Iſrahel agens, ſecundùm carnem Leuita, conuerſus ad fidem Chriſti Euangelium in Italia ſcripſit *&c. vſque*. Dehinc inquiſita volumus agnoſci, habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat, & qui rigat, vnum ſunt: qui autem incrementum præſtat, Deus eſt.

Explicat Argumentum.

Incipiunt Capitula in Euangelio ſecundùm Marcum.

I. De Iohanne Baptiſta, & victu & habitu eiuſdem. Baptizatus (*a*) Dominus, & temptatus vicit. Petrum & cæteros ſequi iubet hominem ab immundo ſpiritu eripit.

II. Socrum Petri à febribus liberat: & alios multos curat. Iacobum Alphæi ſequi iubet. & Iudæis dicit, Non eſſe opus ſanis medico.

III. Diſcipuli ſpicas vellunt, manum aridam habentem ſanat. Duodecim Apoſtolorum electio. de Beelzebub principe dæmoniorum.

IV. Matrem & fratres ſpernit. parabolam ſeminantis dicit. Nauigans, tempeſtatem ſedat. dæmonum

a *al.* Ieſus.

Digitized by Google

num legionem ab homine expellit.

V. Archyſinagogi filiam mortuam ſuſcitat. Prophetam in patria ſua ſine honore eſſe dicit. Duodecim diſcipulos præmittit cũ præceptis. De capite Iohannis.

VI. Regreſſis Apoſtolis ad Ieſum, de quinque panibus, & duo-
b bus piſcibus quinque millia (b)
c virorum (c) ſaturauit. Ieſus ſupra mare ambulat. Ea magis coinquinare hominem, quæ exeunt de ore. [al. & quòd ea magis quę ex ore procedunt, coinquinant hominem.]

VII. Filiam Syrophœniſſæ à dæmonio liberat. ſurdum, & mutum curat, dicens ei, *Effeta*. De ſeptem panibus in quatuor millia hominum. monet caue-
d ri à fermento Phariſeorum. De ſputo, (d) cæci oculos aperuit. Petrum poſt confeſſionem ſuam durè increpat. in monte transfiguratur. non eici poſſe ſpiritum immundum, niſi per ieiunium & orationem dicit.

VIII. Humilitatem docet; & non eſſe prohibendum, qui in nomine
f eius virtutem (e) facit. (f) De calice aquæ frigidæ. vxorem non dimittendam, niſi ob fornicationem. infantes à benedictione non eſſarcendos. venditis omnibus eleemoſynam dandam & quia difficilè diues regnum cælorum ſit ingreſſurus.

IX. Euentura ſibi prædicit. Petitio filiorum Zebedæi. De cæco mendicante curato. De pullo aſinæ. Interrogatus in qua poteſtate hæc faceret. Parabola de vinea & colonis. De denario Cæſaris. de muliere, quæ ſeptẽ fratres habuit. & quemdam Scribam dicit non longè eſſe à Regno Dei. atque interrogat quomodo dicatur Chriſtus filius Dauid, cùm ſit Dominus? De vidua, & Gazofilatio. de Templi ſtructura.

X. De pſeudo chriſtis (*al.* pſeudoprophetis,) & paſſione Martyrum, & commotione (*al.* conſummatione) Sęculi. & de aduentu Chriſti.

XI. De vnguento ſuper caput Ieſu effuſo. & de proditione Iudæ, qua Dominum tradidit, & cæteris mandatis.

XII. Iudicium Principum quo condemnant Ieſum. paſſio Ieſu, & Sepultura & Reſurrectio eius.

Expliciunt Capitula.

Incipit Euangelium ſecundùm Marcum.

INitium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei *&c.*

Explicit Euangelium ſecundùm Marcum.

V. I. DCC.

(*hoc eſt, Verſ.* 1700.)

(*Codd. Orat. B. vij. & Reginæ Suetiæ.*)

Argumentum ſecundùm Marcum.

MArcus Euangeliſta Dei electus, & Petri in baptiſmate filius [*&c. vſque*] qui autem incrementum præſtat, Deus eſt.

Incipit Breuiarium Euangelij ſecundùm Marcum.

I. DE Iohanne Baptiſta, & victu & habitu eius. De baptiſmo Ieſu, & temptatione eius. Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem ſequi iubet. De homine qui ſpiritum immundum habuit, ſanato.

II. De ſocru Petri à febribus liberata, & alijs multis, quos (*a*) Ieſus a
ſaluauit. De leproſo. De paralytico.

b *al.* hominum. c *al.* ſatiat. d *al.* cæco. e *al.* faciat. f *al.* & de. a *al.* Dominus.

lytico. Iacobum Alphęi ſequi iubet: apud quem cum publicanis conuiuat. murmurantibus Iudæis dicit. Non eſſe opus ſanis medicus, (*al. ad.* ſed male habentibus.) De ieiunijs diſcipulorum, & filijs ſponſi. & de vtribus & vino.

III. De ſpicis quas diſcipuli vellebant. (b) De eo qui manum
b aridam (c) habuit. & vbi dæ-
c mones Ieſum confitentur. Duodecim Apoſtolorum electio. De Beelzebub principe dæmoniorum, & de fortiore ligando. & peccanti in Spiritum Sanctum non remitti.

IV. De matre & fratribus eius. de parabola ſeminantis. De lucerna ſub modio. De bona menſura. De parabola herbæ ſpicæ & plenu fructu (*al.* pleni frumenti.) De ſinapis grano. Vbi in naui dormit: & exurgens, tempeſtati imperat. de demone cui nomen Legio fuit.

V. Archiſynagogi filiam dum iret reſuſcitare, mulierem à profluuio ſanguinis liberat. puellam ſuſcitat. prophetam in patria ſua ſine honore eſſe dicit. Duodecim diſcipulis præcepta dat: & præmittit eis. De capite Iohannis.

VI. Regreſſi Apoſtoli ad Ieſum. De quinque panibus & duobus piſcibus (*al. ad.* quinque millia virorum ſaturantur.) Ieſus ambulans ſupra mare, venit ad diſcipulos. & de diuerſis languoribus ſanatis. & manibus & vaſculis lauandis. & quòd non quæ intrant in homine, coinquinant hominem, (*al. ad.*) ſed quæ exeunt de homine.

VII. De filia Syrophœniſſæ à dæmonio ſaluata. Vbi ſurdum & mutum curauit. De VII. panibus in quatuor milia hominum. Phariſæis quærentibus ab eo ſignum, monet caueri à fermento Phariſæorum & Herodianorum. De ſputo oculos cæco aperuit. Petrus confitetur ipſum eſſe Chriſtum: & eidem Petro dicit, *Satanas*. ac negantem ſe negaturum: & quoſdam non viſuros mortem, niſi viderint regnum Dei. In monte cum Moyſe & Helia conloquitur, (*al. ad.* & per nubem vox de cælo auditur de Ieſu filio Dei.) Vnde deſcendens, interrogatus de Heliæ aduentu, dicit eum venturum, ſed & iam veniſſe. Non eiicī poſſe ſpiritum immundum, niſi per jeiunium & orationem.

VIII. Vt qui vult primus eſſe, fiat nouiſſimus. & non eſſe prohibendum qui in nomine eius virtutem facit. & de calice aquæ frigidæ. ac de oculo, manu & pede eruendo. & bonum eſſe ſal. vxorem non debere dimitti. infantes non arguendos. venditis omnibus eleemoſynam dandam. & difficile diuitem intrare in regnū Dei; (*al. ad*) ſed relinquentes omnia vitam æternam conſecuturos.

IX. Quæ ei eſſent ventura prædicit. de filijs Zebedæi. De cæco mendicante curato. De pullo aſinæ, & clamantibus, *Oſanna*. de nummularijs è Templo eie-
ctis. de ficulnea quæ (d) areſacta d
eſt. de peccatis fratrum (e) re- e
mittendis.

X. Interrogatus in qua poteſtate hęc faceret, de Iohannis baptiſmo interrogat. Parabola de vinea & colonis. De denario Cæſaris. de muliere quæ ſeptem fratres habuit. & Scribæ dicit, non longè eſſe à regno Dei. atque interrogat quomodo dicitur Chriſtus filius Dauid. monet cauendum ab Scribis. De vidua, & Gazophilatio. De Templi ſtructura.

XI. De pſeudochriſtis. & de paſſione Martyrum, & commotione Sæculi,

b *al.* & de. c *al.* habebat. d *al.* arida facta eſt. e *al.* dimittendis.

culi, & aduentu Chriſti. De arbore ficus parabolam. & quòd diem iudicij nemo ſciat: propter quod docet vigilandum.

XII. De vnguento ſuper caput Ieſu effuſo. Iudas Sacerdotibus Dominum prodet. apparatus Paſchæ. Dominus dicit ab vno eorum ſe tradendum. Oblatio. Petro prædicit ſe negaturum. Orationes Ieſu. Traditio Iudæ Iudæis. (*al.* tradit Iudas Ieſum Iudæis.)

XIII. Principes interrogant Ieſum: & condemnant eum. Petrus tertiò negat. Ieſus Pilato traditur. Pilatus dimiſſo Barabba, Ieſum flagellatum, crucifigendum tradit. Paſſio Ieſu & Sepultura, & Reſurrectio eius ex mortuis. poſt Reſurrectionem mandata. & Aſcenſio eius in cælis.

Marcus vt alta fremit vox per deſerta Leonis.

Incipit Euangelium ſecundùm Marcum.

INitium Euangelij Iheſu Chriſti filij Dei *&c.*

(Cod. S. Pauli.)

Incipiunt Capitula in Euangelium Marci.

I. ISaiæ teſtimonio &c. *vt ſupra pag.* 4. *col.* 2.

Explicuerunt Capitula.

Incipit Euangelium ſecundùm Marcum.

I. c. 1. ỹ. 1.

INitium Euangelij Ieſu Chriſti, filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta.

II. c. 1. ỹ. 9.

Et factum eſt, in diebus illis venit Ieſus à Nazaret Galilææ; & baptizatus in Iordan.

III. c. 1. ỹ. 16.

Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream.

IV. c. 1. ỹ. 23.

Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo.

V. c. 1. ỹ. 29.

Et protenus egredientes de Sinagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ.

VI. c. 1. ỹ. 40.

Et venit ad eum leproſus deprecans eum.

VII. c. 2. ỹ. 13.

Et egreſſus eſt rurſus ad mare; omniſque turba veniebat ad eum: & docebat eos.

VIII. c. 2. ỹ. 23.

Et factum eſt iterum cùm Sabbatis ambularet per ſata; & diſcipuli ejus cœperunt.

IX. c. 3. ỹ. 6.

Exeuntes autem ſtatim Phariſæi, cum Herodianis conſilium faciebant aduerſùs eũ.

X. c. 3. ỹ. 13.

Et aſcendens in montem, vocauit ad ſe quos voluit ipſe; & venerunt ad eum.

XI. c. 4. ỹ. 1.

Et iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa.

XII. c. 4. ỹ. 21.

Et dicebat illis. Numquid venit lucerna vt ſub modio ponatur?

XIII. c. 4. ỹ. 35.

Et ait illis in die illa, cùm ſero eſſet factum, Tranſeamus contra. Et dimittentes.

XIV. c. 5. ỹ. 21.

Et cùm tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſus trans fretũ, cõuenit turba multa ad illũ.

XV. c. 6. ỹ. 1.

Et egreſſus inde abijt in patriam ſuam.

XVI. c. 6. ỹ. 7.

Et conuocauit duodecim; & cœpit eos mittere binos.

XVII. c. 6. ỹ. 14.

Et audiuit Herodes rex: manifeſtum enim factum eſt nomen ejus.

XVIII. c. 6. ỹ. 30.

Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt illi omnia quæ egerant & doc.

XIX. c. 6. ỹ. 45.

Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauem, vt præcederent eum.

XX. c. 7. ỹ. 1.

Et conueniunt ad eum Phariſæi; & quidam de Scribis venientes ab Hieroſolymis.

XXI. c. 7. ỹ. 24.

Et inde ſurgens, abijt in fines Tyri & Sidonis.

XXII. c.7.℣.31.
Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydone ad mare Galileæ inter medios.
XXIII. c.8. ℣ 1.
In illis diebus iterum cùm multa turba eſſet, nec haberent quod manducarent.
XXIV. c.8 ℣ 11.
Et exierunt Phariſæi; & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum.
XXV. c.8.℣ 22.
Et veniunt Bethſaida: & adducunt ei cæcum.
XXVI. c.8.℣.27.
Et egreſſus eſt Ieſus &. diſcipuli ejus in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interr.
XXVII. c.8 ℣.34.
Et connocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis. Si quis vult me ſequi, deneget
XXVIII. c.9 ℣ 13.
Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquir.
XXIX. c.9 ℣.29.
Et inde profecti, prætergrediebantur Galilęam; nec volebat quemquam ſcire.
XXX. c.9.℣.36.
Et quicumque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit.
XXXI. c.10.℣.1.
Et inde exſurgens, venit in fines Iudęę vltra Iordanē: & couenīunt iterū turbæ ad eū.
XXXII. c.10. ℣ 17.
Et cùm egreſſus eſſet, in via procurrens quidam genuflexo ante eum rogabat eum.
XXXIII. c.10.℣.32.
Erant autem in via aſcendentes in Hieroſolymam; & præcedebat illos Ieſus.
XXXIV. c.10.℣.46.
Et veniunt Hierichum: & proficiſcente eo de Hiericho, & diſcipulis ejus & plurim.
XXXV. c.11.℣.1.
Et cùm appropinquaret Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum.
XXXVI. c.11.℣.11.
Et introiuit in Hieroſolymam in Templum; & circumſpectis omnibus, cùm iam.
XXXVII. c.11.℣.27
Et veniunt rurſus Hieroſolymam: & cùm ambularet in Templo, accedunt ad eū.
XXXVIII. c.12. ℣.13
Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo.
XXXIX. c.12 ℣.18
Et venerunt ad eum Saducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe.
XL. c.12.℣.28.
Et acceſſit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes; & videns quoniam benè.
XLI. c.12.℣.41.
Et ſedens Ieſus contra Gazofilacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs inGaz.
XLII. c.13.℣.1.
Et cùm egrederetur de Templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter, aſpice.
XLIII. c.13.℣.32.
De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neq; filius niſi Pater.
XLIV. c.14.℣.3.
Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Symonis leproſi, & recumberet.
XLV. c.14.℣.26.
Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum. Et ait illis Ieſus.
XLVI. c.16.℣.2.
Et valde mane vna Sabbatorum.

Explicit Euangelium ſecundùm Marcum.

Verſ. I. D CC.

[*hoc eſt*, 1700.]

[*Codd. Palat.* 50. *Vat.* 4221. *Reg.* xj. & 1434.]

Incipit Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Euangelium ſecundùm Lucam.

[al.] *Incipit Argumentum Euangelij ſecundùm Lucam.*

LVcas Syrus, Anthiocenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus vſque ad confeſſionem eius, ſeruiens Domino ſine crimine [*&c. vt in Biblijs cum Gloſſa Ordinaria, vſque.*] Vitauimus publicam curioſitatem: ne non tam volentibus Deum videremur, quàm faſtidientibus prodeſſe.

Explicit Prologus.

In

Incipiunt Capitula in Euangelium ſecundùm Lucam.

I. Zacharias [*al. ad.* offerens] viſo Angelo, quia non credidit, obmutuit. Eliſabet vxor eius concepit. Maria quoque de Spiritu Sancto cùm concepiſſet, ſalutauit Eliſabet. Eliſabet ſalutata prophetauit, & peperit. & vt nomen filij ſui Ioannes eſſet, Zacharias ſcripſit: locutus eſt; ac filium præiturum ante Dominum prophetauit. Poſtea quàm peperit Maria Ieſum infantem, in præſepio poſuit: quem paſtores iuxta Angelorum indicia inueniunt: quique octauo die circumciditur.

II. Simeon iuſtus Chriſtum manibus
a ſumptum benedicit. Anna (*a*) prophetis vidua multa de Chri-
b ſto (*b*) prophetat. Ieſus annorum XII. in Templo cum Doctoribus legis inuentus; in Patris ſe eſſe oportere pronuntiat.

III. Anno quintodecimo Imperij Cæſaris, Pilato Iudæam procurante, Ioannes Baptiſta pœnitentiam prædicat, & fortiorem Chriſtum venturum deſignat. quo baptizato, in columbæ figura Spiritus ſupra deſcendit: vox etiam de cælo Filium Dei indicat, quem putabant filium Ioſeph.

IV. Ductus in deſertum Ieſus, quadraginta diebus ieiunauit; & à diabolo tentatus, vicit. Reuerſus in Galilæam docet. Sabbatis in Synagogam ingreſſus,
c Eſaiam (*c*) ſe ſignare, ac nullum Prophetam in patria ſua dicit acceptum. de qua eiectus, apud Capharnaum hominem à dæmonio Sabbatis liberat: & ſocrum Simonis à febribus, & multos malè habentes curat; & dæmonia ſe confitentia increpat. De naui alloquitur: de qua piſces multos capi facit, vbi etiam Petrum, Iohannem & Iacobum elegit. leproſum mundat. in deſerto orat.

V. Paralyticum dimiſſum per tectum Ieſus à peccatis & ab infirmitate liberat. Leuin publicanum ſequi iubet: apud quem murmurantibus Phariſæis, cœnans, dicit; Sanis non eſſe opus medicum. Et de ieiunio diſputans, parabolam panni, & vtrium ponit. ſpicas vellentibus diſcipulis panes Propoſitionis commemorat. hominem manum aridam habentem Sabbatis curat. in oratione pernoctat. Apoſtolos eligit. turbas alloquitur beatitudinem aliorum, & aliorum infelicitatem promittens. parabolam proferens de ducatu cæci, & magiſtri & diſcipuli, & feſtucæ in oculo vel trabis, & arboris boni fructus vel mali, & de homine qui domum ſupra petram vel ſuper arenam ædificauit.

VI. Centurionis puerum curat. Viduæ filium reſuſcitat. Iohannes diſcipulos mittit ad Ieſum: & Chriſtus de Iohanne loquitur, ſubnectens ſimilitudinem puerorum in foro ſedentium [*al.* ludentium.] Mulier peccatrix lacrymis pedes Chriſti lauat, & vnguet: propter quam parabola dicitur creditoris, cui parum vel multum conceditur. In itinere ſequentibus ſe turbis, & mulieribus quæ curatæ erant, ſimilitudinem ſeminantis dicit. cuius ſemen in
bonam terram, vel (*d*) petro- d
ſam cecidit. lucernam non ſub vas, ſed ſuper candelabrũ poni. Matrem & fratres repudiat. nauigans, poſt ſomnum tempeſtatē ſedat. hominem à legione [*al.* à maledictione] liberat.

VII. Iairi filiam dum iret reſuſcitare, mulierem à profluuio liberat:

d 2 puel-

a *al.* Prophetiſſa. b *al.* prophetizat. c *al.* legit vbi de eo prophetauerat. d *al.* petroſa.

puellam viuificat.

VIII. Mittens diſcipulos prædicare, dat eis omnem poteſtatem: quibus Herode mirante, reuerſis, in deſerto quinque panibus & duobus piſcibus quinque milia virorum ſatiat. Interrogans quem ſe dicerent turbæ; à Petro Chriſtus declaratur. & monet abnegatis omnibus; crucem tolli, & ſe inſequi; deſignans eſſe illic qui mortem non guſtarent ante viſionem gloriæ eius.

IX. In monte aſſumpto Petro & Iohanne & Iacobo, Chriſtus transfiguratur inter Moyſen & Eliā viſus: vbi tria tabernacula Petrus debere fieri dicit: & nube obumbrantur; ac vox cæleſtis Filium declarat. Puerum lunaticum liberat: ac ſe tradi debere pronuntiat: & cogitantes diſcipulos, quis eorum maior eſſet, inſtruit: ac non prohibendum qui in nomine ſuo virtutem faciat. A Samaritanis non recipitur: & volentes Apoſtolos ignem ſuper eos deſcendere, increpat. ſequi volenti ſe non habere vbi caput reclinet prædicit. alterum tamen ipſa etiam patris morte intermiſſā, ad ſequendum (c) elegit. & alio volenti ſuis primùm renuntiari, aratoris figuram ponit retro reſpicientis.

X. Eligit ſeptuaginta duos, quos mittit ad prædicandum. ipſe verò increpat ciuitates. Et reuerſos diſcipulos ex eo dicit feliciores, quòd eorum nomina in cælo eſſent ſcripta: ob quam rem gratias agit Patri, quòd bona ſint paruulis reuelata: & omnia ſibi à Patre tradita manifeſtat; quem neminem niſi Filium noſce declarat; beatoſque oculos, qui viderent id, quod Prophetis non contigit. A Legiſperito temptatur. mandata quæ fieri præcepit Dominus. parabolam vulnerati, quem Leuita & Sacerdote (f) prætereunte Samaritanus colligit. apud Martham Mariæ partem conlaudat.

XI. Poſt orationem propriam, docet orationem. & parabolam ponit eius, qui propter tędium dat poſtulanti panem; petendum eſſe, quærendum, & pulſandum exemplis aſſerens. dęmonium eiciens, in principe dæmoniorum idem facere opinantes deſtruxit: beatoſque dicit, qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt. Dans ſignū Ionæ & Reginæ Auſtri, & Nineuitas in iudicio dicit fore beatos; & lucernam ſuper candelabrum poni; & quòd oculus ſit lucerna corporis. Apud Phariſæum inuitatus, lauandum potiùs quod intus eſt eleemoſynis pronuntiat, increpans multos Phariſæos & Legis doctores.

XII. Phariſæis volentibus cum eo contendere, diſcipulos palam docet vt eorum fallaciā caueant; & eum timeant, qui poteſt (g) animam poſt mortem in gehennam mittere; & pluris eſſe diſcipulos quinque paſſeribus dipondio valentibus; & negantem ſe negaturum; & peccanti in Spiritum Sanctum non remittendum; (h) & non cogitari dum quid adprehenſus, loquatur. Petenti reſpondit, ſe non eſſe diuiſorem hęreditatis; ſimilitudinem proferens eius cui multa nata ſunt; cuius anima eadē nocte (i) peteretur. ac docet exemplis non cogitandum de craſtino; faciendamque eleemoſynam omnibus venditis, & vigilandum; dicens Petro felicem eſſe bonum diſpenſatorem. inde dicit ignem veniſſe ſe mittere ſuper terram non pacem. turbis quoque dicit quòd faciem cæli cognoſcerent,

c *al.* eligit. f *al.* prætereuntibus. g *al. om.* animam. h *al.* & non cogitandum quid compręhenſus loquatur. i *al.* expeteretur.

ſcerent, tempora non intelligerent: quos monet, vt dum in via eſſent, reconciliarentur aduerſario; ne recluſi non exirent, donec nouiſſimum quadrantem redderent.

k **XIII.** Cùm ei nuntiatum fuiſſet (k) Galilæos occiſos, monet agendam pœnitentiam, parabolam ficulneæ ſubiungens; quam dominus cùm infructuoſam vellet exeidi, cultor ſtatim poſtulauit cùm mulierem annis decem & octo curuam erexiſſet; indignantem Archiſynagogum increpat. vnde ſimilitudinem grani ſinapis ſubiungit ex quo arbor maior oleribus naſcitur, & fermenti quod abſcondit mulier in farina; & vt introeatur per anguſtum oſtium, nec claudatur. Phariſæis ei dicentibus quia Herodes eum vellet occidere, dicit eum vulpem, & prophetam extra Hieruſalem non perire: & increpat Hieruſalem.

XIV. Sabbatis curat hydropicum, diſcumbenti dat ordinem: inuitantem hortatur pauperes paſcere; ſimilitudinem iungens hominis qui excuſantibus inuitatis, cęcos, claudos ac debiles vocauit. Et turbas de plateis hortatur omnem affectionem propter ſe relinquendam, parabolam ponens turrem ędificate volentis, & regis.

XV. Sal fatuum eſſe non debere. murmurantibus Phariſęis de conuiuio publicanorum, dat ſimilitudinem paſtoris propter vnã ouem, xcjx. relinquentis; & mulierem, quæ vnam dragmam perditam inueniens gaudet; ſed & hominis qui duobus filijs ſuis ſubſtantiam diuiſit.
l ex quibus (l) iunior prodigè egit; pro quo vitulus occiditur. de diſpenſatore prodigo, qui ſapienter fecit. Et ideo exemplis hortatur operandum: & deridentes eum Phariſęos increpat; legem, & Prophetas vſque ad Iohannem dicens: ac mœchari eum oſtendit, qui ſua dimiſſa, alteram accipit vxorem, aut ab alio dimiſſam ducit.

XVI. Parabolam de diuite & Lazaro; & nec minimum de credentibus ſcandalizandum; atque omnia peccata fratri dimittenda; & quòd fides vt granum ſinapis transferat arborem mori in mare. quòdque ſeruitium debitum ſit exhibendum. Decem leproſi curantur; ex quibus vnus reuerſus, Ieſum ſequitur, gratias agens Deo. intra nos eſſe regnum Dei: regnum autē ipſum iuxta exemplum Noe vel Loth ſubitò venire; ac tunc alium adſumi, & alium relinqui; & vbi fuerit corpus, illic aquilæ. ſimilitudo viduæ rogantis, & Iudicis iniqui, & duorum in Templo orantium, & infantes non prohibendos. ſimilitudo diuitis, & cameli faciliùs per foramen acus tranſituri. & omnia hic relinquenda.

XVII. Cùm diſcipulis aduentura ſibi indicaret, cęcum mendicantem curauit. Zachęum conlaudat, dimidiam ſubſtantiam pauperibus offerentem. ſimilitudo de eo qui decem mnas, iturus ad regnum ſeruis ſuis diſtribuit. & de exitio eorum qui eum regem recuſauerunt. Super pullum aſinæ ſedit: & ſuper Hieruſalem fleuit; & ventura ei prædicit. ibi de Templo menſas euertit; & vendentes columbas eijcit. Phariſęos interrogantes in qua poteſtate hęc faceret, de baptiſmo Iohannis interrogat; parabolam ſubiungens eius, qui cùm ſeruos miſiſſet ad vineam, poſtea filium miſit. & de lapide ab ędificantibus reprobato.

Tem-

k *al.* de Galilęis occiſis. l *al.* curuatam. m *al.* quod acceperat auertit.

XVIII Temptatus de tributo, reſpondit. De muliere quæ ſeptem viros habuit. addit de ſe interrogans quomodo Chriſtus filius Dauid eſſet, cùm eum ipſe Dominum dicat. & monet ab Scribis cauendum. viduam laudat quæ in Donario [*al.* in Gazofilacium] duo minuta miſit. De Templi ſtructura. & de futura perſceutione. & de exitu Hieruſalem. & de ſine ſæculi. de aduentu Chriſti in maieſtate, & ſimilitudine ficulneæ. & monet vigilandum.

XIX. De Azymorum die adpropinquante. Iudas dæmone repletus, de tradẽdi tempus [*al.* tempore] pecunia ſibi promiſſa [ponit.] & diſcumbentibus ſecum diſcipulis, Sacramentum Panis & Calicis oſtendit; ac traditorem deſignat. certantibus de gradu, eum præfecit qui miniſtrat: & Petro dicit, quòd eum eſſet negaturus: ac monitis diſcipulis, vt vendito veſtimento emant gladium, pergit ad montem Olioeti: qui cùm oraſſet, diſcipulos excitat dormientes.

XX. Antecedente Iuda, venit turba; & oſculo traditur (*m*) Chriſtus: & Petrus auriculam ſeruo abſcidit. Ducto Ieſu ad domum Principis Sacerdotum, Petrus ibi ter negauit. Chriſtus deluditur. Interrogatus à Iudæis, à Pilato, & ab Herode; ac tunc in amicitiam Pilatus & Herodes redeunt. Barrabas dimittitur: & (*n*) Ieſus à Iudęis crucifigendus traditur. crucem Ieſu Simon Cyrenenſis portat, plangentibus eum mulieribus, vt ſe ſe magis plangerent dixit. & inter latrones fixus, aceti potum accepit Titulo Rex deſignatur: à quo vnus ex latronibus credens, ad paradiſum ducitur. Ab hora ſexta vſque ad nonã dies obſcuratus eſt. & Ieſu ſpiritum emittente, Velum Templi ſciſſum eſt: quibus viſis centurio & qui aderant Dominum (*o*) magnificant. Ioſeph poſtulat corpus, & ſepelit: quod mulieres requirentes, non inueniunt.

XXI. Nuntiant mulieres Angelorum viſionem: nec credunt diſcipuli. Euntes duo ad caſtellum, in panis fractione Chriſtum cognoſcunt. & reuerſi Diſcipulis indicant. quibus ſubitò Ieſus apparuit: & plagas non credentibus oſtendit; ac piſcem, ac fauum ad edendum accipit. alloquitur Apoſtolos; & cor eorum aperit ad intelligẽdum, quòd hoc eum pati oportuerit: & vt illic eſſent donec in eos veniret Virtus ammonuit. Tunc benedixit eos; & receſſit: reliquitque laudantes Dominum in Templo.

Expliciunt Capitula.

Incipit Euangelium ſecundùm Lucam.

QVoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum *&c.*

Explicit Euangelium ſecundùm Lucam.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum Euangelij ſecundùm Lucam.

LVcas Antiocenus, vt eius ſcripturà indicat, Græci ſermonis non ignarus, fuit ſectator & Comes Apoſtoli Pauli *&c. vſque.* Sepultus Conſtantinopolim; ad quã vrbem vigeſimo Conſtantis anno oſſa eius cum Reliquijs Andreæ Apoſtoli translata ſunt.

Cod.

---

m *al.* Ieſus. n *al.* & Chriſtus Iudæis ſuffigendus traditur,
o *al.* magnificabant.

[*Cod, Orat. E. 16. B. vij. & S. Pauli.*]

Item Argumentum eiuſdem Euangelij.

[al.] *Incipit Præfatio Hieronymi in Lucam.*

LVcas natione Syrus Antiocenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum; poſtea Paulum ſecutus vſque ad confeſſionem eius, ſeruiens Domino ſine crimine *&c. vſque*, Vitabimus publicam curioſitatem: ne non tam volentibus Deum videremur, quàm faſtidientibus prodeſſe.

[*Cod. Orat. E. 16.*]

Alius.

LVcas Euangeliſta, Syrus genere, arte medicus, Diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum vſque ad confeſſionem ſequutus eſt. Scripturus Euangelium ſuum, cauſam cùm ſcriberet, indicauit; videlicet quoniam multi alij temerè præſumpſerant narrare his quæ ſibi magis erant ad liquidum compertæ. Volens ergo nos abſtrahere à cæterorum narrationibus, fidem facit per ſe conſcriptæ veritatis; certus quòd ea vel Paulo exponente, vel alijs Apoſtolis, qui ab initio ipſi viderant, & hæc ſibi tradituram, conſequutus ſit; & hæc nobis proprium Euangelium tradat. Interpretatur autem Lucas, *Ipſe eleuans*, ſiue, *Ipſe conſurgens*; quia Chriſti geſta à perfectione, ideſt, à baptiſmi regeneratione in myſterio comprehendens, generationem, quam Matthæus ſecundùm carnem deſcendendo per Salomonem perduxit ad Chriſtum, ipſe à Chriſto ſecundùm adoptionem per Natham reuocans in Adam, reducit ad Deum. Qui tertius in Euangeliſtarum ordine, Vituli figuram gerit: quoniam à Zacharia Sacerdote atque à ſacrificio inchoans, ſic affatur. *Fuit Sacerdos quidam nomine Zacharias.*

Explicit Prologus.

[*Cod. S. Pauli. Orat. E. 16. & B. vij.*]

Incipiunt Capitula in Euangelio Lucæ.

[al.] *Incipit Breuiarium Euangelij ſecundùm Lucam.*

Cap I. ZAcharias viſo Angelo non credens, obmutuit: ac poſteaquam Elizabeth peperit; locutus eſt Zacharias, & prophetauit. Natiuitas Ieſu ab Angelis paſtoribus indicatur: quique die octauo circumciditur.

II. Simeon iuſtus Chriſtum paruulum benedicit. Ieſus annorum duodecim in Templo cum doctoribus legis diſputat.

III. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, Iohannes Ieſum baptizat; quem æſtimabant filium Ioſeph, qui fuit filius Hely.

IV. Ieſus temptatus à diabolo, vicit: reuerſus in Galilæam, & ingreſſus Nazareth, in Synagoga Eſaiam legit: de qua ejectus, hominem à dæmone Sabbatis liberat; & multos alios curat. De naui adloquitur: de qua piſces multos capi facit; & Petrum & Iohannem & Iacobum elegit. leproſum mundat. & in deſerto orat.

V. Paralyticum dimiſſum per tectum curat. Leui publicanum ſequi iubet: & Phariſæis dicit, Non eſſe opus ſanis medicum. Diſcipuli ſpicas vellunt. Manum aridam habentem Sabbatis curat. Apoſtolos elegit. & turbis beatitudinem aliorum, & aliorum infelicitatem cum parabolis prædicat & mandatis.

VI. Centurionis puerum curat. viduæ filium mortuum reſuſcitat. Ieſus de Iohanne teſtimonium dicit, cum ſimilitudine puerorum in foro ſedentium. Mulier peccatrix lacrimis pedes Chriſti lauat. In itinere ſequentibus ſe viris ac mulieribus parabolam

Digitized by Google

a bolam ſeminantis dicit. (a)
b Nauigans tempeſtatē ſedat. (b)
De lucerna ſuper candelabrum.
De eis qui verbū Dei faciunt.
De legione dæmoniorum in-
poreos. De profluuio mulieris.

VII. De filia principis, cui nomen-
erat Iairus, reſuſcitata.

VIII. Mittens diſcipulos prædicare, dat
eis omnem poteſtatem. quibus
reuerſis, quinque panibus &
duobus piſcibus quinque millia
virorum ſatiat. à Petro Chri-
ſtus declaratur.

IX. In monte transfiguratur. puerum
c lunaticum (c) liberat. & humi-
litatem docet: ac non eſſe pro-
hibendum qui in nomine ſuo
virtutem faciat dicit. à Sama-
ritanis non recipitur. Sequi ſe
volenti, ſimilitudinem arato-
d ris retro (d) reſpicientis inter-
ponit.

X. Septuaginta duos elegit quos
mittit ad prædicandum. à Le-
giſperito tentatus, dat para-
bolam à latronibus vulnerati;
quem Samaritanus miſericor-
dia motus collegit. apud Mar-
tham, Mariæ partem conlaudat.

XI. Orationem docet cum parabola
importunè panes à vicino po-
ſtulantis. Dæmonem eiiciens,
in principe dæmoniorum id fa-
cere dicitur: & dat ſignum Io-
næ. Lauandum potiùs quod
intus eſt eleemoſynis pronun-
tiat.

XII. A Phariſæis monet cauendum;
ac non timendum eos qui cor-
pus occidunt. petenti reſpon-
det, ſe non eſſe diuiſorem hære-
ditatis, cum ſimilitudine diui-
tis cui multa bona nata fue-
rant; dicens Petro, felicem-
eſſe bonum Diſpenſatorem.

XIII. Sub exemplo Galilæorum occiſo-
e rum monet (e) agendam pœni-
tentiam; parabolam ficulneæ
infructuoſæ ſubjungens, quæ
f ſuperuacuè terram (f) detine-
ret. Mulierem decem & octo
annis curuam erigit. Hero-
dem vulpem deſignat.

XIV. Sabbatis hydropicum curat: hor-
taturque inuitatorem pauperes
paſcere, cum parabola excu-
ſantium ad cœnam. Omnem
affectionem propter ſe odiendā
dicit, cum parabola turrim-
ædificare volentis & regis.

XV. Sal fatuum eſſe non debere dicit,
ſimilitudinem paſtoris ponit
vnam ouem perditam requiren-
tis, & mulieris dragmam inue-
nientis, & hominis qui duobus
filijs ſuis ſubſtantiam diuiſit.
De diſpenſatore prodigo qui
ſapienter fecit.

XVI. De diuite & Lazaro, & quod ſer-
uitium debitum ſit exhiben-
dum. Decem Leproſi mundan-
tur. Intra nos eſſe regnum Dei.
Similitudo viduæ rogantis &
judicis iniqui, & duorum in
Templo orantium. Difficilè
(g) diuitem introire in re- g
gnum Dei

XVII. Cùm diſcipulis aduentum ſibi in-
dicaret, cæcum mendicantem
curauit. Zachæum collaudat:
& decem (h) minarum ſimili- h
tudinem ponit Super pullum
aſinæ ſedit: & Hieruſalem fle-
uit. Interrogatus in qua pote-
ſtate hæc faceret, interrogat
& ipſe cum ſimilitudine ejus,
cujus filium cultores vineæ
occiderunt.

XVIII. Temptatus de tributo, reſpon-
dit. Viduam laudat quæ duo
minuta in Donatio miſit. & de
fine ſeculi atque de aduentu
ſuo prædicat [al. prædicit.]

XIX. Iudas tradendi Dominum tempus
ponit. Ieſus Sacramentum Pa-
nis & Calicis oſtendit: ac dicit
diſcipulis, vt vendito veſti-
mento emant gladium.

XX. Iudas tradidit Dominum. Paſſio
Ieſu & Sepultura, & Reſur-
rectio ejus.

(i) Explicuerunt Capitula. i

Iura

a *in al. hinc incipit Titulus VII.* b *& in alio idem Titulus VII. hinc incipit.*
c *al.* ſanat. d *al.* aſpicientis. e *al.* agendam eſſe. f *al.* occupat, *al.* detineat.
g *al.* diuiti. h *al.* minarum. i *al.* Expliciunt.

Iura Sacerdotij Lucas tenet ora Iuuenci.

Incipit Euangelium ſecundùm Lucam.

QVoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderunt nobis.

I. c.1.ỹ.5.
Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ, Sacerdos quidam nomine Zacharias.

II. c.2.ỹ.25.
Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon: & homo iſte iuſtus.

III. c.3.ỹ.1.
Anno autẽ quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudęã.

IV. c.4.ỹ.1.
Ieſus autem plenus Spiritu Sancto, regreſſus eſt à Iordane: & agebatur à Spiritu.

V. c.5.ỹ.17.
Et factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat docens; & erant Phariſæi ſedentes.

VI. c.7.ỹ.1.
Cùm autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis; intrauit Capharnaum.

VII. c.8.ỹ.40.
Factum eſt autem, cùm rediſſet Ieſus, excepit illum turba: erant enim omnes.

VIII. c.9 ỹ.1.
Conuocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutẽ & poteſtatẽ ſuper omnia.

IX. c.9. ỹ.28.
Factum eſt autem poſt hæc verba fere dies octo, & aſſũpſit Petrũ & Iacobũ & Iohannẽ.

X c.10.ỹ.1.
Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos.

XI. c.11.ỹ.1.
Et factum eſt dum eſſet in loco quodam orans; vt ceſſàuit, dixit vnus ex diſcipulis.

XII. c.11.ỹ.53.
Cùm hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & Legiſperiti grauiter inſiſtere, & os.

XIII. c.13.ỹ.1.
Aderant autem quidem ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſangui.

XIV. c.14.ỹ.1.
Et factum eſt, cùm intraret in domum cujuſdam principis Phariſæorum Sabbato.

XV. c.14.ỹ.34.
Bonum eſt ſal: ſi autem ſal quoque euanuerit; in quo condietur?

XVI. c.16.ỹ.1.
Homo quidam erat diues: & induebatur purpura & byſſo; & epulabatur quotid.

XVII. c.18.ỹ.31.
Adſumpſit autem Ieſus duodecim; & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam.

XVIII. c.20.ỹ 21.
Magiſter, ſcimus quia rectè dicis & doces, & non accipis perſonam; ſed in verit.

XIX. c 22.ỹ.1.
Adpropinquabat autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha; & quærebant.

XX. c.22.ỹ.47.
Adhuc eo loquente; ecce turba & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim.

Explicit Euangelium ſecundùm Lucam.

Verſ. III. D CCC.

[*hoc eſt*, 3800.]

(*Cod. Reginæ Suetiæ*)

Incipit Argumentum ſecundùm Iohannem.

EVangelium Iohannis manifeſtatum & datum eſt Eccleſijs ab Iohanne adhuc in corpore conſtituto, ſicut Papias nomine, Hieropolitanus, diſcipulus Iohannis carus, in exotericis, ideſt, in extremis quinque libris retulit: deſcripſit verò Euangelium dictante Iohanne rectè. Verùm Martion hęreticus, cùm ab eo fuiſſet improbatus, eo quòd contraria ſentiebat, abiectus eſt à Iohanne. Is verò ſcripta vel epiſtolas ad eum pertulerat à fratribus, qui in Ponto fuerunt.

Explicit Argumentum.

Digitized by Google

[*Codd. Orat. B. vij. E. 16. Vatic. 4221. & S. Pauli.*]

a (a) *Incipit Præfatio Euangelij ſecundùm Iohannem.*

HIC eſt Iohannes Euangeliſta, vnus ex Diſcipulis Domini, qui virgo electus à Deo eſt; quem de nuptijs volentem nubere vocauit Deus *&c. vſque*. & quærentibus fructus laboris, & Deo magiſterij doctrina ſeruetur.

Explicit.

[*Cod. Orat. E. 16.*]

Alius.

TRes Euangeliſtæ in his rebus maximè diuerſa ſatis ſunt, quæ Chriſtus humana temporaliter geſſit. Porrò Iohannes ipſa maximè Diuinitatem Domini, qua Patris eſt æqualis, intendit; eamque præcipuè ſuo Euangelio (quantum inter homines ſufficere credidit) commendare curauit [*&c. extat lib.1. cap.4. de Conſenſu Euangeliſtarum S. Auguſtini Epiſcopi. vſque*] Iohannem verò facta Domini multo pauciora narrantem, dicta verò eius, ea præſertim quæ Trinitatis vnitate, & vitæ æternæ felicitatem in virtute contemplatiua commendanda, ſuam intentionem, prædicationemque tenuiſſe.

Alius.

IOhannes Apoſtolus, quem Ieſus amauit plurimùm, filius Zebedæi, frater Iacobi. qui narrat Iohannem Baptiſtam ab Herode decollatum fuiſſe; nouiſſimus omniũ ſcripſit Euangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis *&c. vſque*. Et confectus ſenio, ſexageſimo & octauo anno poſt Paſſionem Domini mortuus, iuxta eamdem vrbem ſepultus eſt.

[*Codd. Reginæ Sueciæ.*]

Incipiunt Capitula.

I. PHariſæorum Leuitæ interrogant Iohannem. Iohannes Ieſum videns, dicit. *Ecce Agnus Dei*: de cujus Spiritu teſtificatur. Quem ſecuti duo diſcipuli, manſerunt apud eum. ex quibus Andreas Petro dicit. *Inuenimus Meſſiam*. Et Ieſus Philippum iubet ſequi ſe. Vbi etiam ad Nathanael loquitur.

II. Ad cœnam de aqua vinum fecit Ieſus. De Templo nummularios ejecit: & ſignum poſtulatus, *Soluite Templum* dixit. Nicodemo dicit de Baptiſmate, & de Serpente in ſolitudine exaltato, & de lumine

III. Ieſus in Iudæa baptizat; & Iohannes in Enno. & diſcipuli Iohannis dicunt ei, quòd Ieſus omnes baptizaret, & plures diſcipulos faceret. De quo Iohannes loquitur: & illum creſcere, ſe autem minorari dicit.

IV. De muliere Samaritana, & de meſſe, quam alij laborauerunt, & alij metent. Prophetam in patria ſua ſine honore eſſe. & Reguli filium à morte viuificat.

V. De Natatoria & aquæ motu, & infirmo annorum triginta octo, qui grabbatum ſuum tulit. & de judicio Dei, & reſurrectione mortuorum. Teſtimonium Ieſu Chriſti cum increpatione Iudæorum.

VI. De quinque panibus & duobus piſcibus. & quòd eum regem facere voluerunt.

VII. Ieſus ſupra mare ambulat. & de Manna, & Pane cæleſti, & de Oblatione loquitur. Ac recedentibus ab eo diſcipulis, vnum diabolum ex Duodecim dicit. Ieſus aſcendit mediante die feſto in Templum, & docet: & de turba multi crediderunt in operibus Ieſu. Idem clamat,

a al. *Incipit Argumentum in Euangelio ſecundùm Iohannem.*

Digitized by Google

Si quis ſitit, veniat; & bibat. Cum miniſtris & Nicodemo Principes contendunt. De muliere adultera. Ieſus Lumen Mundi ſe eſſe non credentibus Iudæis, in Gazophilacio docens, prædicat.

VIII. Ieſus docens in Templo, interrogatur: & Initium ſe eſſe reſpondit. quòd omnis peccator ſeruus ſit. & de Abraham, quòd mortuus ſit; & Ieſus prior illo ſit.

IX. De cæco à natiuitate. De janua, ouili, & paſtore. & de poteſtate animæ ſuæ, ponendi eam & accipiendi. Per Dedicationem deambulans in Templo, ſe & Patrem, vnum eſſe dicit. & Lazari dormitatione, & reſurrectione, & Mariæ conſolatione. Propter quod Caiphas conſilium dat Iudæis vt Ieſus occidatur.

X. Maria pedes Ieſu vnguit; & extergit capillis ſuis. vnde & de nece Lazari principes cogitauerunt. Ieſus ſupra aſinum ſedit. Græci ad Philippum videre Ieſum. Et loquitur de grano frumenti, quod in terram mittitur. & vox de cælo facta eſt ad Ieſum. & quòd multi ex Principibus credentes in Ieſum, non confitebantur propter Phariſæos.

XI. Pedes Diſcipulorum lauat; atque eos docet. De Iuda traditore prædicit, & quòd Petrus ter illum negaturus eſſet. & de dilectione inuicem fratrum. & quòd ipſe in Patre, & Pater in illo eſt. & de Paraclyto Spiritu. & de obſeruandis mandatis ejus.

XII. De vinea, & de palmitibus. & dicit nihil majus dilectio. atque inter mandata plurima repromiſſionem Paraclyti Spiritus; & omnia Patris, ſua eſſe. Prouerbium Ieſu de parturiente, & de tribulatione in ſæculo toleranda.

XIII. Ieſus aſpiciens in cælum, Patrem deprecatur pro diſcipulis ſuis; & vt honorificentur à Patre poſtulat. Traditio Iudæ de Ieſu. Petrus auriculam abſcidit. & dum interrogatur Ieſus à principibus, Petrus eum tertiò abnegat. Allocutio Pilati ad Iudæos de Ieſu. & quòd Iudæi ſe non habere regem niſi Cæſarem profitentur.

XIV. Paſſio Ieſu, & Sepultura ejus, & Reſurrectio. Ieſus poſtquam reſurrexit à mortuis, vbi apparuit priùs; & diſcipulos ſuos viſitat: & non credenti Thomæ manus oſtendit. Itemque quòd piſcantibus alijs cum Petro, apparuit in littore Ieſus, poſcens ab eis pulmentarium. quibus negantibus, dicit vt mittant retia in dextra nauis:, & cœperunt ſtatim piſces magnos, numero cliij. & quòd poſt prandium, Petro paſcendas oues tertiò injungit.

Finiunt Capitula in Iohannem.

(*Cod. S. Pauli. Orat. B. vij. Palatin. in Vaticana 50. Vatic. 4221. & Orat. E. 16.*)

Incipiunt Capitula in Euangelio Iohannis.

[al. *Incipit Breuiarium Euangelij ſecundùm Iohannem.*]

[al *Incipiunt Breues.*]

I. PHariſæorum Leuitæ interrogant Iohannem. Iohannes Ieſum videns, Agnum Dei dicit. & Andreas Petro dicit. *Inuenimus Meſſiam.*

II. Ieſus ad cœnam de aqua vinum fecit. de Templo nummularios ejecit; *Soluite hoc Templum* dicens. Nicodemo loquitur de baptiſmo, & de alijs multis.

III. Ieſus in Iudæa baptizat; & Iohannes in Enon. quique dicit Chriſtum creſcere, ſe autem

tem minorari (*al.* minui .)

IV. Ieſus cum muliere Samaritana loquitur. Prophetam in patria ſua ſine honore eſſe dicit · & Reguli filium à morte reſuſcitat.

V. Apud Natatoriam Bethſaidam triginta octo annorum infirmitatem (*a*) hominis ſanat. ac dicit. *Scrutamini Scripturas*: &, *Si crederetis Moyſi; crederetis forſitan & mihi*.

VI. De quinque panibus & duobus piſcibus. & quòd eum Regem facere voluerunt. Ieſus ſupra mare ambulat. & de Manna, & Pane cæleſti loquitur. ac recedentibus ab eo diſcipulis, vnum ex duodecim diabolum dicit (*al.* vocat & prædicat.)

VII. (*b*) Scenophegia Ieſus medio die feſto aſcendens in Templum, docet. multis etiam de turba credentibus, idem clamat. *Si quis ſitit, veniat, & bibat.* Cum miniſtris & Nicodemo principes contendunt. de muliere adultera. Ieſus lumen Mundi eſſe ſe prædicat.

VIII. Iheſus interrogatus, Principium ſe eſſe reſpondit. quòd omnis peccator ſeruus ſit; & quòd Ieſus ante Abraham ſit. cæcum ex natiuitate curat.

IX. De janua & ouili. per Dedicationem deambulans in Templo, ſe & Patrem, vnum eſſe dicit. de Lazari reſurrectione [*al.* reſuſcitatione.]

X. Maria pedes Ieſu vnguit; & capillis ſuis extergit. Ieſus ſuper aſinum ſedit. & volentibus Græcis videre Ieſum, loquitur de grano frumenti, quod in terram mittitur: & vox de cælo ad Iheſum. & quòd multi ex principibus crediderunt in Ieſum; ſed propter Phariſæos non confiterentur.

XI. Pedes diſcipulorum lauat. de Iudæ traditione, & Petri negatione prædicit. & de dilectione fratrum: & quod ipſe in Patre, & Pater in (*c*) ipſo eſt. & de obſeruandis mandatis Paraclyti Spiritus.

XII. De vinea & palmitibus. & de dilectione. & de promiſſione Paraclyti. & omnia Patris, ſua eſſe. & cætera mandata.

XIII. Ieſus diſcipulos Patri commendat. Ieſus à Iuda traditur. allocutio Pilati ad Iudæos de Ieſu & de Barabba.

XIV. Paſſio Ieſu & Sepultura, & Reſurrectio eius.

Explicuerunt Capitula.

[al. *Explicit Breuiarium Euangelij ſecundùm Iohannem*.]

[al. *Expliciunt Breues*.]

More volans Aquilæ verbo petit aſtra Iohannes.

Incipit Euangelium ſecundùm Iohannem.

[al. *Initium S. Euangelij ſecundùm Iohannem*.]

IN principio erat Verbum:

I. c.1.ỳ.9.

Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacer.

II. c.2.ỳ.1.

Et die tertio nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ; & erat mater Ieſu ibi.

III. c.3.ỳ.22.

Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli ejus in Iudæam terrã: & illic demorabatur cũ eis.

IV. c.4.ỳ.1.

Vt ergo cognouit Ieſus, quia audierunt Phariſæi quia Ieſus plures diſcipulos facit.

V. c.5.ỳ.1.

Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum; & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.

VI. c.6.ỳ.3.

Subijt ergo in montem Ieſus; & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Poſt

a *al.* habentem. b De Scenophegia. c *al.* illo.

Digitized by Google

VII. c.7.℣.1.
Poſt hæc ambulat Ieſus in Galilæam; non enim volebat in Iudæam ambulare.
VIII. c.8.℣.25.
Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Ieſus. Principium, qui & loquor vobis.
IX. c.10.℣.1.
Amen, amen dico vobis; qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit ali.
X. c.11.℣.1.
Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ.
XI. c.13.℣.1.
Ante diem autem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit ejus hora vt tranſeat.
XII. c.15.℣.1.
Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.
XIII. c.17.℣.1.
Hæc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in cælum dixit. Pater, venit hora.
XIV. c.18.℣.1.
Hæc cum dixiſſet Ieſus; Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron.
(*Vel juxta Tituli argumentum & diſtinctionem, quæ in Bedæ Presbyteri Commentario apparet.* c.19.℣ 16.
Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt.)

Explicit Euangelium ſecundùm Iohannem.

V̄. Ī. DCCC.

[*Loc eſt*, *Verſ.* 1800.]

Explicit Liber Euangeliorum.

[*Cod. Orat. B*, *vj*.]

Incipit Prologus Actuum Apoſtolorum.

Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare hiſtoriam videntur, & naſcentis Eccleſiæ hiſtoriam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum cujus laus in Euangelio; animaduertimus pariter, omnia verba illius animæ languentis eſſe medicinam.

Explicit Prologus.

Incipiunt Capitula.

I. Poſt paſſionem ſuam Dominus in multis argumentis apparet diſcipulis; & die quadrageſimo allocutus eos, aſcendit in cælum: qui, promittentibus Angelis ſic eum eſſe venturum, regrediuntur in Hieruſalem.

II. Ad complendam Pſalmiſtæ prophetiam, duodecimus pro Iuda traditore Matthias ordinatur Apoſtolus.

III. Completa die Pentecoſte deſcendens Spiritus Sanctus in diſcipulos, variarum eis tradit ſcientiam linguarum: quod audientes Iudæi, muſto eos eſſe plenos aſſeuerant.

IV. Stans Petrus cum Vndecim, teſtimonium de Ieſu perhibet: & compuncti qui audiunt, credunt; & baptizantur: atque adjeciuntur Eccleſiæ animæ quaſi tria milia.

V. Pulcherrima in Hieroſolymis naſcentis Eccleſiæ vita deſcribitur: vbi Apoſtolis plura ſigna facientibus, credentium quotidie numerus augetur.

VI. Petrus & Iohannes claudum in ingreſſu Templi ſaluant: & admirante ſuper hoc populo, in nomine Ieſu eum ſanatum declarant. quos ſuperuenientes Sacerdotes & Sadducæi in carcerem tradunt, credentibus de turba quinque milibus virorum.

VII. Idem reducti ad Concilium, fiducialiter prædicant in nomine Ieſu Chriſti vnicam eſſe cunctis viam ſalutis: ac Principes interdicentes ne in hoc nomine doceant; Apoſtolica auctoritate contemnunt.

VIII. Idem refertur ſuis minas principum: quibus mox ad Deum vocem leuantibus, aduenit Spiritus

ritus Sanctus; & majorem eis prædicandi fiduciam tribuit.

IX. Item vna anima primitiuæ Eccleſiæ vita refertur: vbi Ioſeph quia fideliter poſſeſſa reliquit, congruum ſuæ fidei ab Apoſtolis nomen accipit. at Annanias & Sapphira quia Deo mentiri conabantur; cita morte, perfidiæ culpam expiant.

X. Clareſcentibus Apoſtolorum ſignis, aliarum quoque ciuitatum multitudo Hieroſolymam ſananda confluit.

XI. Miſſos in carcerem Apoſtolos Angelus nocte ad prædicandum educit. quod comperti Principes verbis eos terrere temptant; nec valent: interficere cogitant; ſed Gamalihel interueniente vetantur: cæduntur, minanturque; nec eos ab euangelizando coercent.

XII. Multiplicato diſcipulorum numero, ſeptem Diaconi ordinantur; & creſcente Dei verbo, etiam Sacerdotum turba non modica ſubjugatur fidei.

XIII. Stephanus in nomine Ieſu Chriſti magnis eminet ſignis. quem infidelium factio, quia veritate vincere nequit; falſorum teſtium ſuffragia quærit, cumque ad concilium protrahit.

XIV. Idem interrogante Sacerdotum Principe, arguit eos ſemper Dei legi fuiſſe rebelles; qui & priùs Prophetas & nuper Chriſtum occiderint.

XV. Idem frementibus in eum auditoribus, etiam ſe Ieſum à dextris Dei ſtantem videre teſtatur; & lapidantibus ſe veniam precatur. Eccleſia quoque Hieroſolymitana Saulo inſtante diſpergitur.

XVI. Philippo Diacono in Samaria Chriſtum prædicante, & ſigna faciente, multi credunt & baptizantur: in quibus & Simon baptizatus adhæret Philippo.

XVII. Deſcendentes Samariam Petrus & Iohannes, imponunt manus credentibus, vt accipiant Spiritum Sanctum: quod emere pecunia cupiens Simon, anathemate damnatur.

XVIII. Philippus iubente Angelo viam Gazæ petit. vbi inſtructo ac baptizato Aethiopiæ [*leg.* Aethiope,] Gentiũ primitias Domino conſecrat.

XIX. Saulus ad perſequendam Eccleſiam Damaſcum pergens, cæleſti increpatione coercetur: mora baptizatus ab Annania, continuò Ieſum in Synagogis prædicat.

XX. Idem quærentibus eum Iudæis interficere, per murum nocte dimittitur: & veniens Hieroſolymam, Barnaba duce Apoſtolis conjungitur. ſed & ibi à Græcis paſſus inſidias, Tarſum transfertur à fratribus. cujus furore ſedato, Eccleſia per totam Iudæam, Galilæam, & Samariam libera pace fruitur.

XXI. Petrus in Lydda (quæ nunc Dioſpolis vocatur) paralyticum erigit Aeneam: & in Ioppe Tabitham à morte ſuſcitat.

XXII. Cornelius Centurio monente Angelo Petrum ad ſe imbuendum inuitat: cui mox Petrus & ipſe viſione cæleſti admonitus occurrit.

XXIII. Veniente Cæſaræam Petro, Cornelius viſionem Angeli replicat: & audito ab eo Dei verbo, Spiritus Sancti gratia cum ſuis, & ante perceptionem Baptiſmi perfunditur.

XXIV. Petrus diſceptantibus contra ſe Iudæis, cur Gentibus prædicauerit; vt hæc Diuinitus fuerint procurata demonſtrat.

XXV. Fœnicem vſque & Cyprum & Antiochiam verbum Euangelij diſſeminatur: & in Antiochia docentibus Barnaba & Paulo, primùm diſcipuli Chriſtiani vocantur.

XXVI. Agabo famem prophetante, Barnabas & Saulus de Antiochia Iudæam cum eleemoſynis mittuntur.

XXVII. Herodes occiſo Iacobo, Petrum retrudit in carcerem: vnde

eductus

eductus ſab Angelo, venit ad domum Mariæ matris Iohannis.

XXVIII. Idem Herodes, non inuento Petro, deſcendit Cæſaream: vbi Angelo percuſſus, liberum prædicantibus verbum iter reliquit.

XXIX. Barnabas & Saulus reuerſi Antiochiam, iubente Spiritu Sancto ordinantur Apoſtoli: & mox nauigantes Cyprum, excæcato mago Elyma, Sergium Paulum Proconſulem doctrina fidei inluminant.

XXX. Paulus & Barnabas deuenientes Antiochiam Piſidiæ, prædicant in Synagoga: quos multi & Iudæorum & Proſelytorum credentes ſequuntur.

XXXI. Rurſum plures de Gentibus conueniunt ad audiendum verbum: quos zelantes Iudæi, ejeciunt Paulum ac Barnabam de finibus ſuis.

XXXII. Idem in Iconio diu prædicantes, multos & de Iudæis & de Gentibus conuertunt ad fidem: ſed infidelium impetu propulſati, Lyſtram petunt & Derben.

XXXIII. Idem docent in Lyſtris vbi claudo curato per Paulum, dij ſunt æſtimati; & vix turbas ne ſibi immolent ſedant.

XXXIV. Commoti à Iudæis Licaonij lapidant Paulum: qui refocilatus à ſuis, nihilominus cuncta docendo peruagatur.

XXXV. Docentibus in Antiochia pſeudoapoſtolis credentes ex Gentibus circumcidi debere; Paulus & Barnabas pro hac quæſtione Hieroſolymam deſtinantur: vbi eadem quæſtione mota, fit Conuentus Apoſtolorum; & miſſa ad fratres epiſtola, quid Euangelij veritas habeat edocent.

XXXVI. Barnabas propter Iohannem diſcedens à Paulo, nauigat Cyprum; & Paulus electo Syla peruenit Lyſtram: vbi Timotheum adſumens circumcidit.

XXXVII. Prohibetur Paulus loqui verbum in Aſia vel Bithinia; & Macedoniæ potiùs euangelizare iubetur. Vbi aduenіens, primam Lydiam purpurariam conuertit ad Dominum.

XXXVIII. Idem pythonem à puella ejecit: & commota ciuitate flagellatus cum Sila carceri datur: qui à Domino ſoluti, carcerarium catechizatum baptizant.

XXXIX. Prædicantibus in Theſſalonica Paulo & Syla, multi credunt: at Iudæi conturbant ciuitatem, trahentes Iaſonem ad principes. prædicant abeuntes in Berœa; ſed & inde Iudæis perſequentibus pulſi, transferuntur Athenas.

XXXX. Paulus cum Iudæis & Colentibus cum Epicureis & Stoicis diſputat Athenis: & in Ariopago de Deo diſſerens, quoſdam ſui ſectatores efficit.

XLI. Idem Corintho ſcenefactoriam artem cum Aquila & Priſcilla exercet: & contradicentibus verbo Iudæis, multi Corinthiorum credunt ac baptizantur; admonente cum Domino ne à prædicando laſſeſcat.

XLII. Temptant Iudæi inſurgere in Paulum; ſed à Gallione Proconſule repelluntur: qui profecturus in Syriam tondit ſibi caput in Cenchris portu Corinthiorum.

XLIII. Apollo veniens Epheſum myſterium Dominici Baptiſmatis à Priſcilla diſcit & Aquila.

XLIV. Paulus ibidem deueniens, quoſdam diſcipulos in nomine Ieſu Chriſti baptizat: & biennio moratus in Aſia, cuncta docendo perluſtrat.

XLV. Temptantes Sceuæ filios in nomine Ieſu dæmonas ejecere, dæmonioſus corripit. Magi credentes ſuos libros comburunt. & Paulus tranſit à Macedonia & Achaia Hieroſolymam ire diſponit.

XLVI. Demetrius argentarius Epheſiorum ciuitatem pro defenſione Dianæ conturbat.

XLVII. Paulus iter faciens in Syriam, venit Troadam; vbi adoliſcentem

Digitized by Google

ſem cadendo mortuum, orando reſuſcitat

XLVIII. Idem ex ordine Miletum veniens, Majores natu Epheſiorum alloquitur; ſe exemplum virtutis eis præbuiſſe conteſtans.

XLIX. Idem Tyrum ex ordine Cæſaream que peruenit: vbi Agabo prophetante, vincula ſibi futura intrepidus audit.

L. Idem veniens Hieroſolymam, Iacobo & Senioribus per ordinem ſua geſta replicat; atque ob declinandum Iudæorum ſcandalum, manè Templum purificatus ingreditur.

LI. Orantem in Templo Paulum Iudæi foras extrahunt. quem ſuperueniens Tribunus, morti quidem eripit; ſed vinculis ſtringit.

LII. Allocutus populum Paulus, & de ſua cæleſti vocatione referens; morte ab eo dignus adjudicatur: quem torqueri jubens Tribunus; vbi Romanum audit, dimittit.

LIII. Reductus in Concilium Paulus, Pontificem ſe injuſtè judicantem redarguit; & pugnantibus pro eo Phariſæis, à Tribuno in caſtra reducitur: ac Diuina per noctem viſione confirmatur.

LIV. Deuouent ſe Iudæi occidere Paulum: quod animaduertens Tribunus, eum Cæſaream ad Felicem mittit Præſidem.

LV. Accuſans Paulum Tertullus rethor apud Præſidem Felicem, ad primum ipſius reſponſum falſa peroraſſe conuincitur: nec tamen ipſe abſoluitur; ſed vſque ad Præſidatum Feſti in Cæſarea retinetur.

LVI. Venienti Hieroſolymam Feſto Iudæi contra Paulum ſuggerunt: ſed & in Cæſarea grauiſſimis eum quæſtionibus affligentes, cogunt appellare Cæſarem.

LVII. Feſtus Agryppæ regi de Paulo & priùs ſecretò, & poſt in Concilio refert.

LVIII. Paulus Agryppa permittente, pro ſe rationem reddit; atque omnium iudicio innocens eſſe decernitur.

LIX. Traditur Paulus Centurioni Iulio ducendus in Italiam: & vbi Cretam peruentum eſt, quærentibus nautis diuertere Fœnicem ad hyemandum, oborta tempeſtas cæca relidit eos in altum.

LX. Deſperantes ſocios Paulus Angelico ſolatur oraculo: qui ad prædictum illius, quartadecima die perditis rebus omnibus, euadunt cuncti ad terram.

LXI. Paulus in Melite inuadentem ſe viperam iactat in focum: ac patrem Principis inſulæ à febribus & diſenteria ſaluat.

LXII. Idem hyeme tranſacta, Syracuſas cum ſuis ac Puteolis peruenit, quique vbi Romam ingreditur, eum cuſtodiente ſe milite manere permittitur.

LXIII. Idem conuocatis ad ſe primis Iudæorum, cur ſit adductus edocet: & ſtatuto die pluribus ad ſe venientibus de fide Ieſu exponit: manenſque biennio in ſuo conducto, omnibus ad ſe intrantibus regnum Dei prædicat.

Expliciunt Capitula.

Incipit Liber Actus Apoſtolorum.

I. c.1.ỷ.1.

PRimum quidē ſermonem feci de omnibus, ò Theophile, quæ cœpit Ieſus.

II. c.1.ỷ.15.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat turba hominum ſimul.

III. c.2.ỷ.1.

Et cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.

IV. c.2.ỷ.14.

Stans autem Petrus cum Vndecim, leuauit vocē ſuā, & locutus eſt eis, Viri Iudæi.

V. c.2.ỷ.42.

Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis.

VI. c.3.ỷ.1.

Petrus autem & Iohannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam.

Factum

VII. c.4.ỷ.5.
Factum eſt autem in craſtinum vt congregarêtur Principes eorũ & Seniores & Scribę.
VIII. c.4.ỷ.23.
Dimiſſi autem venerunt ad ſuos; & adnuntiauerunt eis quanta ad eos principes S.
IX. c.4 ỷ 32.
Multitudinis autem credentium erat cor & anima vna; nec quiſquã eorum quæ poſ.
X. c.5.ỷ.12.
Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.
XI. c 5 ỷ.17.
Exſurgens autem princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hær.
XII. c.6.ỷ.1.
In diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum factus eſt murmur Græcorũ.
XIII. c.6.ỷ.8.
Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna.
XIV. c.7 ỷ.1.
Dixit autem Princeps Sacerdotum. Si hæc ita ſe habent? Qui ait.
Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abraham.
XV. c.7.ỷ.54.
Audientes autem hæc,diſſecabantur cordibus ſuis; & ſtridebant dentibus in eum.
XVI. c.8.ỷ.5.
Philippus autem deſcendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum.
XVII. c.8.ỷ.13.
Videns etiam ſigna & virtutes maximas fieri, ſtupens ammirabatur.
XVIII. c.8 ỷ.26
Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum, dicens. Surge & vade contra.
XIX. c.9.ỷ.1.
Saulus autem adhuc aſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini.
XX. c 9.ỷ.23.
Cùm implerentur autem dies multi,conſilium fecerunt Iudæi vt eum interficerent.
XXI. c.9 ỷ.32.
Factum eſt autem vt Petrus dum tranſiret vniuerſos,deueniret ad Sanctos qui habitãt.
XXII. c.10.ỷ.1.
Vir autem quidam erat in Cæſarça, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dic.
XXIII. c.10 ỷ.25.
Et factum eſt, cùm introiſſet Petrus, obuius ei Cornelius, procidens ad pedes ejus.
XXIV. c.11.ỷ 1.
Audierunt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & Gentes recep.
XXV. c.11.ỷ.19.
Et illi quidem qui diſperſi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat ſub Stephano.
XXVI. c.11.ỷ 27.
In his autem diebus ſuperuenerunt ab Hieroſolymis Prophetæ Antiochiam.
XXVII. c.12 ỷ.1.
Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus vt affligeret quoſdam de Eccleſia.
XXVIII. c.12 ỷ.18.
Facta autem die erat non parua turbatio inter milites quidnã de Petro factũ eſſet.
XXIX. c.12 ỷ 25.
Barnabas autem & Saulus reuerſi ſunt ab Hieroſolymis, expleto miniſterio.
XXX. c.13.ỷ 13.
Et cùm à Papho nauigaſſet Paulus & qui cum eo, venerunt Pergen Pamphiliæ.
XXXI. c.13 ỷ.44.
Sequenti verò Sabbato penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbum Domini.
XXXII. c.14 ỷ.1.
Factum eſt autem in Iconio, vt ſimul introirent Synagogam Iudæorum, & loquer.
XXXIII. c.14 ỷ.7.
Et quidam vir Lyſtris, infirmus pedibus, ſedebat, claudus ex vtero matris ſuæ.
XXXIV. c.14 ỷ.18.
Superuenerunt autem quidã ab Antiochia & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis.
XXXV. c.15 ỷ.1.
Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres,Quia niſi circũcidamini ſecũdũ
XXXVI. c.15 ỷ 36.
Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnaban Paulus; Reuertentes viſitemus fratres.
XXXVII. c.16 ỷ.6.
Tranſeuntes autem Phrigiam & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Sancto Spiritu.
XXXVIII. c 16.ỷ.16.
Factum eſt autẽ, euntibus nobis ad Orationem, puellam quandam habentem ſpir.
XXXIX. c.17 ỷ.1.
Cùm autẽ perambulaſſent Amphipolim & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam.
XL. c.17.ỷ.16.
Paulus autem cùm Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus ejus in ipſo.
XLI. c.18.ỷ.1.
Poſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corinthum: & inueniens quendam Iudæum.
XLII. c.18 ỷ.12.
Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum.

XLIII. *c.18.ỿ 24.*
Iudæus autem quidam Apollo nomine; Alexandrinus natione, vir eloquens.

XLIV. *c.19 ỿ.1.*
Factum eſt autem, cùm Apollo eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus.

XLV. *c.19.ỿ.13.*
Temptauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis Exorciſtis inuocare.

XLVI *c.19 ỿ.23.*
Facta eſt autem illo tempore turbatio nō minima de via Domini. Demetrius enim.

XLVII. *c.20 ỿ.1.*
Poſtquam autem ceſſauit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos.

XLVIII. *c.20.ỿ 13.*
Nos autem aſcendentes nauē, nauigauimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum.

XLIX. *c.21.ỿ.1.*
Cùm autem factum eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis, recto curſu venimus Choū.

L. *c.21.ỿ 15.*
Poſt dies autē iſtos præparati aſcendebamus Hieruſalem: venerunt autē & ex diſcip.

LI. *c.21.ỿ.27.*
Cùm autem ſeptē dies conſummarentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cùm vidiſſent eū.

LII. *c.21.ỿ.40.*
Et cùm ille permiſiſſet; Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebē; & magno.

LIII. *c.22 ỿ 30.*
Poſtera autē die volens ſcire diligentiùs qua ex cauſa accuſaretur à Iudæis; ſoluit eū.

LIV. *c.23.ỿ.12.*
Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis; & deuouerunt ſe, dicentes neque.

LV. *c.24.ỿ.1.*
Poſt quinque autē dies deſcēdit Princeps Sacerdotū Ananias cū Senioribus quibuſdā.

LVI. *c.24.ỿ.27.*
Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum: volens autem.

LVII. *c.25.ỿ.13.*
Et cùm dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderunt Cæſar.

LVIII. *c.26.ỿ.1.*
Tunc Paulus extenta manu, cœpit rationē reddere. De omnibus quibus accuſor.

LIX. *c.27.ỿ.1.*
Vt autem iudicatum eſt eum nauigare in Italiam, & tradi Paulum cū reliquis cuſtod.

LX. *c.27.ỿ.21.*
Et cùm multa jejunatio fuiſſet; tunc ſtans Paulus in medio eorū dixit. Oportebat quid.

LXI. *c.28 ỿ 1.*
Barbari verò præſtabant non modicam humanitatem nobis; accenſa enim pyra.

LXII. *c.28.ỿ.11.*
Poſt menſes autē tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat.

LXIII. *c.28.ỿ.17.*
Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum: cùmque conueniſſent.

Explicit Liber Actus Apoſtolorum.

V. IIII. DC.

(hoc eſt, Verſ. 4600.)

[*Vatic.* 4221 *S. Pauli. & Orat. B. vij.*]

Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Libro Actuum Apoſtolorum.

LVcas natione Syrus (cujus laus in Euangelio canitur) apud Antiochiam medicinæ artis egregius &c. [*vſque.*] Quem ita diuina ſubſecuta eſt gratia, vt non ſolùm corporum, ſed etiam animarum, ejus proficeret medicina.

Explicit Præfatio.

Incipit Prologus S. Hieronymi Presbyteri in Librum Actuum Apoſtolorum.

CAnit Pſalmiſta, *Ambulabunt à virtutibus ad virtutes &c.* [*extat in Biblys cum Gloſſa Ordinaria. finit.*] Meum ſilebit eloquium.

Explicit Prologus.

[*Codd. Vat.* 4221. *S. Pauli. S. Petri n.1. Orat. B. vij.*]

Incipiunt Capitula in Libro Actuum Apoſtolorum.

Cap. I. VBI præcepit Ieſus diſcipulis, ab Hieruſalē ne diſcederent.

Al.

Digitized by Google

[*Al. interponit hunc Titulum.*]

Vbi reuerſi ſunt Hieroſolymam ad montē qui vocatur Olueti.

II. Petrus de Iuda condiſcipulis ſuis loquitur, vt pro eo è duobus vnum eligerent.

III. Vbi Spiritus Sanctus de cælo deſcendit ſuper Apoſtolos in locum, vbi congregati fuerant.

IV. Vbi Petrus dicit Iudæis. *Non enim (ſicut exiſtimatis) hi ebrij ſunt; cùm ſit hora diei tertia.*

V. Vbi de Domino Ieſu viris Iſrahelitis loquitur & de Scripturis Diuinis.

VI. Vbi Petrus Iudæis dicit. *Pœnitentiam agite; & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti.*

VII. Vbi Apoſtolis crediderunt; & baptizatæ ſunt animæ tria milia.

VIII. Vbi Petrus & Iohannes aſcendentes in Templum, paralyticum ſanant.

IX. Vbi loquebantur Apoſtoli ad populum: & ſuperuenerunt Sacerdotes & Magiſtratus Templi; & injecerunt in eos manus.

X. *Videntes autem Petri cōſtantiam & Ioannis, admirabantur.*

XI. *Dimiſſi Apoſtoli, venerunt ad ſuos; & narrauerunt omnia.*

XII. *Multitudinis autem credentium erat cor* (a) *& anima vna.* a

XIII. Vbi quidam vir Ananias cum Safira vxore ſua de fraudauerunt de pretio agri, & expirauerunt.

XIV. Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.

XV. Vbi Princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant, injecerunt manus in Apoſtolos; & poſuerunt eos in cuſtodia.

XVI. Vbi cæſis Apoſtolis, Iudæi denuntiauerunt eis ne loquerentur in nomine Ieſu.

XVII. Vbi creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorum aduerſùs Hebræos.

XVIII. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna magna & prodigia coram plebe.

XIX. Stephanus loquitur populo de Patriarchis, incipiens ab Abraham vſque ad Moyſen.

XX. Vbi hæc audientes, diſſecabantur cordibus ſuis; & ſtridebant dentibus in eum.

XXI. Facta eſt autem perſecutio magna in Eccleſia, quæ eſt Hieroſolymis

XXII. De Simone mago.

XXIII. Simon magus pecuniam Apoſtolis offert (*al.* defert.)

XXIV. Vbi Angelus Domini Philippo loquitur.

XXV. Vbi Saulus à Principe Sacerdotum petit epiſtolas in Damaſcum.

XXVI. Vbi Saulus conualeſcens, confundebat Iudæos.

XXVII. Petrus veniens Liddæ ad Sanctos, Aenean ab annis octo jacentem in grabbato ſanat; & diſcipulam in Ioppe nomine Tabitam reſuſcitat.

XXVIII. De Cornelio.

XXIX. Vbi Cornelius Petrum ſpectat [*al.* ſperat.]

XXX. Cornelius viſum Petro narrat.

XXXI. Vbi Iudæi dicunt Petro. *Quare introiſti ad viros præputium habentes?*

XXXII. Propheta Agabus famem annuntiat.

XXXIII. Vbi Herodes Iacobum fratrem Iohannis occidit; & Petrum miſit in carcerem.

XXXIV. Vbi milites turbati ſunt pro Petro.

XXXV. Vbi (*b*) ſeparat Spiritus Sanctus Paulum & Barnabam ad prædicandum. b

XXXVI. Paulus & qui cum eo erant, nauigantes venerunt Pergen Pamphiliæ.

XXXVII. Paulus de reſurrectione Chriſti Iudæis prædicat (*al.* prædicabat.)

XXXVIII. Iconio intrant in Synagogam Apo-

a *al. ad.* vnum. b *al.* ſeparabat.

Digitized by Google

Apoſtoli: & credidit Iudæorum & Græcorum copioſa multitudo.

XXXIX. In Lyſtris claudum ex vtero matris ſuæ Paulus ſanat.

XL. Vbi quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres circumcidi ſecundùm morem (*al.* legem) Moyſi.

XLI. Vbi Apoſtoli ſcribunt credentibus ex Gentibus, non mandaſſe eos, qui circumciſionem prædicabant.

c XLII. Vbi Paulus & Barnabas directi ab Apoſtolis Antiochiam: (c) & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.

XLIII. De Timotheo diſcipulo.

d XLIV. Vbi Paulus viſitatur; & (*d*) videt virum Macedonem ſtantem & deprecantem eum.

XLV. De Lydda purpuraria.

XLVI. De puella habente ſpiritum phythonem.

XLVII. Vbi Iudæi zelantes Paulum, concitauerunt turbam ad domum Iaſonis.

XLVIII. Paulus Athenienſibus dicit de ignoto Deo.

XLIX. Vbi quidam viri adhærentes Paulo, crediderunt, & Dionyſius Areopagita cum vxore ſua [*al.* cum muliere nomine Damaris.]

L. *Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum.*

LI. De Iudæo Apollo, & baptiſmate Iohannis.

e LII. Vbi temptauerunt quidam (*e*) & de circumeuntibus Iudæis Exorciſtis.

LIII. De Demetrio argentario.

LIV. Vbi poſtquam ceſſauit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, valedixit; & profectus eſt.

f (*f*) Et de adoleſcente nomine Eutycho, qui de tertio cœnaculo cecidit deorsùm.

g LV. Cùm autem (*g*) conueniſſet Paulus diſcipulos in Aſſon, aſſumpto eo venerunt Mitilenem: & mittens Epheſum, (*h*) vocauit Majores natu Eccleſiæ: & monens, allocutus eſt eos & conteſtatus. h

LVI. *Cùm autem factum eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis, recto curſu venimus Choum.*

LVII. Vbi Agabus Propheta à Iudæa veniens Cæſaream, tulit zonam Pauli [*al. add*] & alligauit ſibi pedes mañ dixit. *H. Spiritus Sanctus.*

LVIII. *Poſt dies autem iſtos præparati aſcendebamus Hieruſalem.*

LIX. Vbi Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis intrauit in Templum.

LX. Vbi dicit *Viri fratres & patres audite quam ad vos nunc reddo rationem.*

LXI. Vbi de Anania Paulus loquitur; & de his quæ ei acciderunt dicit.

LXII. Vbi Princeps Sacerdotum Ananias præcepit adſtantibus ſibi, percutere os Pauli, [*al. add.*] reddente pro ſe rationem.

LXIII. Vbi de Iudæis quidam deuouerunt ſe, dicentes neque manducaturos neque bibituros donec Paulum occiderent.

LXIV. Vbi Tribunus dimiſit adoleſcentem, præcipiens ei ne cui loqueretur.

LXV. Vbi milites ſecundùm præceptum ſibi aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem in Anthipatridem.

LXVI. Vbi Ananias Princeps Sacerdotum poſt quinque dies cum Senioribus (*i*) quibuſdam & Tertullo oratore, aduersùs Paulum Cæſaręam deſcenderunt. i

LXVII. Vbi Præſidi Paulus loquitur.

LXVIII. Vbi Felix ſciens de via, diſtulit: qui & ſucceſſorem Feſtum accepit.

LXIX. Vbi Agrippa Rex & Bernice Cęſaręam deſcenderunt ad ſalutandum Feſtum. k

LXX. Vbi Paulus extenſa manu cœpit ratio-

c *al.* congregatæ multitudini. d *al.* vidit. e *al. om.* &. f *in al. libris incipit nouus Titulus.* g *al.* inueniſſet. *al.* veniſſet in Aſſon &c. h *al.* conuenerunt. i *al.* aſcendimus. k *al.* accuſauit Paulum *omiſſis reliquis.*

Digitized by Google

rātionē reddere Regi Agrippæ.

LXXI. *Vbi* hæc eo loquenre & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit. *Inſanis Paule*.

LXXII. Vbi nauem Adrumetinam aſcendunt.

LXXIII. Vbi nauigantes in Adria, rogar Paulus vt cibum ſumerent · & vipera à calore inuaſit manum ejus.

LXXIV. Vbi poſt menſes tres in nauem Alexandrinam quæ in inſulam hyemauerat, nauigauerunt.

Expliciunt Capitula.

[*Codd. Vatic* 4221. *S. Pauli . Orat. B.vij. Palat.* 44. & *Reginæ Suetiæ*.]

Incipit Argumentum in Libro Actuum Apoſtolorum.

a ACtus Apoſtolorum nudam ſonare videtur hiſtoriam, & (*a*) naſcentis Eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi noverimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe Medicum (cuius Laus in Euangelio) animadvertimus pariter, omnia verba illius animæ languentis eſſe medicinam.

Incipit Liber Actuum Apoſtolorum.

[al.] *Incipiunt Actus Apoſtolorum.*

I. c.1.℣.1.

PRimum quidem ſermonem feci de omnibus, ò Theophile, quę cœpit Ieſus.

c.1 ℣.12.

Tunc reverſi ſunt Hieruſalem à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Hieruſalem.

II. c.1.℣.15.

In diebus illis exſurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat autem turba hominū.

III. c.2.℣.1.

Et cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.

IV. c.2 ℣ 14.

Stans autem Petrus cum Vndecim, leuauit vocem ſuam, & locutus eſt eis.

V. c.2.℣.22.

Viri Iſraelitæ audite verba hæc. Ieſum Nazarenū, virum approbatū à Deo in vobis.

VI. c.2.℣ 38.

Petrus verò ait ad illos. Pœnitentiam, inquit, agite: & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū.

VII. c.2.℣.41.

Qui ergo receperunt ſermonem ejus, baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt.

VIII. c.3 ℣.1.

Petrus autem & Iohannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam.

IX. c 4.℣.1.

Loquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt Sacerdotes & Magiſtratus.

X. c.4.℣.13.

Videntes autem Petri conſtantiam & Ioà hannis, comperto quòd homines eſſent ſine.

XI. c.4 ℣.23.

Dimiſſi autem venerunr ad ſuos: & adnuntiauerunt eis quanta ad eos Principes.

XII. c.4 ℣.32.

Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna.

XIII. c.5.℣ 1.

Vir autem quidam nomine Ananias cum Safira vxore ſua vendidit agrum; & fraud.

XIV c.5 ℣.12.

Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.

XV c.5.℣.17.

Exurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis.

XVI. c.5.℣.39.

Conſenſerunr autem illi; & conuocantes Apoſtolos, cæſis denuntiauerunt ne loquer.

XVII. c.6 ℣.1.

In diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorū.

XVIII. c 6 ℣.8.

Stephanus autē plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in p.

c.6.℣.12.

Commouerunt itaque plebem & ſeniores & Scribas.

Qui air.

XIX. c.7.℣.2.

Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahā cùm eſſet in Meſopotomiā.

c.7 ℣.29.

Fugit autem Moyſes in verbo iſto: & factus eſt aduena in terra Madian.

An-

a al. lætantis.

Digitized by Google

XX. c.7.ỳ.54.
Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis; & ſtridebant dentibus in eum.
XXI. c.8.ỳ.1.
Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Hieroſolymis.
XXII. c.8.ỳ.9.
Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentem Samariæ. c.8 ỳ.14.
Cùm autem audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis. quòd recepiſſet Samaria verbum Dei.
XXIII. c 8 ỳ 18.
Cùm vidiſſet autem Symon, quia per impoſitionē manus Apoſtolorum daretur S.S.
XXIV. c.8.ỳ.26.
Angelus autē Dñi locutus eſt ad Philippū dicens. Surge, & vade contra Meridianum.
XXV c 9.ỳ.1.
Saulus autem adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Dñi, acceſſit ad Princip.
XXVI. c.9.ỳ.22.
Saulus autē magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci.
XXVII c.9.ỳ.32.
Factum eſt autem, vt Petrus dum tranſiret vniuerſos, deueniret ad Sanctos qui habitabant Liddæ.
XXVIII. c.9.ỳ.43.
Factum eſt autem vt dies multos moraretur in Ioppe apud quemdam Simonem coriarium.
[*in al. verò incipit.*] c.10.ỳ.1.
Vir autem quidā erat in Cæſarea nomine Cornelius, Cēturio cohortis quæ dicitur It.
XXIX. c.10.ỳ.24.
Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis ſuis & neceſſarijs amicis.
XXX c.10 ỳ.30.
Et Cornelius ait. A nudius quarta die vſq; ad hanc horam orans eram hora nona.
XXXI. c.11.ỳ.1.
Audierunt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniā & Gentes receperunt.
[*in al. verò incipit.*] c.11 ỳ.2.
Cùm aſcendiſſet autē Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduerſùs illum qui erant ex Circumciſione. c.11.ỳ.19.
At illi quidem qui diſperſi fuerant ſub Stephano, perambulauerunt vſq; Phœnicē.
XXXII. c 11 ỳ.27.
In his autem diebus ſuperuenerunt ab Hieroſolymis Prophetæ Antiochiam.

XXXIII. c.12.ỳ.1.
Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus vt affligeret quoſdā de Eccleſia.
XXXIV. c.12.ỳ.18.
Facta autem die erat non parua turbatio inter milites, quidnam de Petro factū eſſet.
XXXV. c.12.ỳ.25.
Barnabas autem & Saulus reverſi ſunt ab Hieroſolymis, expleto miniſterio.
[*in al. verò incipit*] c.13.ỳ.1.
Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores; in quibus Barn.
XXXVI. c.13.ỳ.13.
Et cùm à Papho nauigaſſet Paulus & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ.
XXXVII. c.13.ỳ.16.
Surgens autē Paulus, & manu ſilentiū indicens ait Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deū audite. [*in al. vero incipit.*] c 13.ỳ.25.
Cùm impleret autem Ioannes curſum ſuum.
[*in al. autem ita inchoatur.*] c.13.ỳ.26.
Viri fratres filij genetis Abraham, & qui in vobis timent Deum.
XXXVIII. c.14 ỳ.1.
Factum eſt in Iconio, vt ſimul introirent Synagogam Iudæorum, & loquerentur.
XXXIX. c 14.ỳ.7.
Et quidam vir Lyſtris infirmis pedibus, ſedebat, claudus ex vtero matris ſuæ.
XL. c.14 ỳ.27.
Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis. [*in al. verò incipit.*]
Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres. Quia niſi circumcidamini.
XLI. c.15.ỳ.22.
Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cum omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba.
[*in al. vero incipit.*] c.15.ỳ.23.
Apoſtoli & Seniores Fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus.
XLII. c.15.ỳ.30.
Illi igitur dimiſſi, deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine, tradid.
XLIII c.16.ỳ.1.
Et ecce diſcipulus quidam erat ibi, nomine Timotheus.
XLIV. c.16.ỳ.8.
Cùm autē pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem: & viſio per noctē Paulo.
XLV. c.16.ỳ.14.
Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thiatirenorum.

Factum

XLVI. c.16.ỹ.16.
Factum eſt autem euntibus nobis ad Orationem, puellam quamdam habentem.
XLVII. c.17.ỹ.5.
Zelantes autẽ Iudæi,aſſumenteſq; de vulgo viros quoſdam malos; & turba facta.
XLVIII. c.17 ỹ.16.
Paulus autem cùm Athenis eos exſpectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo.
c.17 ỹ.22.
Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait. Viri Athenienſes.
XLIX. c.17 ỹ 34.
Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Ariopagita.
c.18.ỹ.1.
Poſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corinthum: & inueniens quemdam Iudæum.
L. c.18.ỹ.12.
Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum.
LI. c.18 ỹ 24.
Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens.
c.19.ỹ 1.
Factum eſt autem cùm Apollo eſſet Corinthi.
LII. c.19.ỹ.13.
Temptauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis Exorciſtis, inuocare.
LIII. c.19.ỹ.23.
Facta eſt autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.
LIV. c.20.ỹ.1.
Poſtquam autem ceſſauit tumultus,vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos.
c.20 ỹ 9.
Sedens autem quidem adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram.
LV. c.20 ỹ.13.
Nos autem aſcendentes nauem, nauigauimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum.
[*in al. verò incipit.*]
Cùm autem inueniſſet nos in Aſſon; aſſumpto eo venimus in Mitilenen.
LVI. c.21.ỹ.1.
Cùm autem factum eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis, recto curſu venimus Choũ
LVII. c.21.ỹ.10.
Et cùm moraremur per dies aliquot, ſuperuenit quidam à Iudæa Propheta.
LVIII. c.21.ỹ.15.
Poſt dies autem iſtos præparati aſcendebamus Hieruſalem: venerunt autem.

LIX. c.21.ỹ.26.
Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis intrauit inTemplũ.
LX. c.22 ỹ.1.
Viri fratres & patres audite,quam ad vos nunc reddo rationem.
LXI. c.22 ỹ.12.
Ananias autem quidam vir, ſecundùm Legẽ teſtimoniũ habensab omnibus habit.
LXII. c.23.ỹ 1.
Intendens autem Concilium Paulus ait. Viri fratres, ego omni conſcientia bona.
[*in al. vero incipit.*] c.23.ỹ.2.
Princeps autem Sacerdotem Ananias præcepit adſtantibus percutere os eius.
LXIII. c.23.ỹ.12.
Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis; & deuouerunt ſe.
LXIV. c.23.ỹ.22.
Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiens ne cui loqueretur.
LXV. c.23 ỹ.31.
Milites ergo ſecundùm præceptum ſibi aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem.
LXVI. c.24.ỹ.1.
Poſt quinque autem dies deſcendit Princeps Sacerdotum Ananias cum Senioribus.
LXVII. c 24.ỹ.10.
Reſpondit autem Paulus annuente ſibi Præſide dicere.
Ex multis annis eſſe te iudicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciã.
LXVIII. c.24 ỹ.22.
Diſtulit autẽ illos Felix certiſſimè ſciens de via hac, dicens. Cùm Tribunus Lyſias.
LXIX. c.25 ỹ.13.
Et cũ dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa Rex & Bernice deſcenderunt Cæſaream.
LXX. c.26.ỹ.1.
Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere. De omnibus quibus accuſor.
LXXI. c.26.ỹ.24.
Hæc loquente eo & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit. Inſanis Paule.
LXXII. c.27.ỹ.1.
Vt autem iudicatum eſt eum nauigare in Italiam,& tradi Paulum cũ reliquis cuſtod.
[*in al. verò incipit.*] c.27.ỹ 2.
Aſcendentes autẽ nauem Hadrumetinam incipientes nauigare circa Aſiæ loca.
LXXIII. c.27.ỹ.27.
Sed poſtea quàm quarta decima nox ſuperuenit, nauigantibus nobis in Hadria.

Poſt

LXXIV. c.28 ỳ.11.

Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat.

a [a] *Explicit Liber Actuum Apoſtolorum.*

Verſ. III. D CC.

[al.] *Habet* III. DC.

[*hoc eſt*, 3700. *ſiue* 3600.]

[*Cod. Orat. B.* vj. *&* *S. Pauli.*]

Incipit Prologus ſeptem Epiſtolarum Canonicarum.

NON ita ordo eſt apud Græcos qui integrè ſapiunt,& fidem rectam ſectantur, Epiſtolarum ſeptem quæ Canonicæ nuncupantur *&c.* [*extat in Biblijs cũ Gloſſa Ordinaria,vſque.*]Sed ego in tali opere nec æmulorum meorum inuidentiam pertimeſco; nec ſanctæ Scripturæ veritatẽ poſcentibus denegabo.

Explicit Prologus.

Incipit Argumentum.

IAcobus, Petrus Ionnnes, Iudas ſeptem Epiſtolas ediderunt, tam myſticas quàm ſuccinctas, & breues pariter ac longas; breves in verbis, longas in ſententijs: vt rarus qui non earum lectione cicutiat.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula Epiſtolæ Sancti Iacobi.

Cap. I. IAcobus diſperſis per Orbem Iudæis ſcribens, docet gaudendum in temptationibus,nec diuitum gloriàm æmulandàm; quia diuitiarum amor interitum; patientia verò coronam expectet.

II. Quòd ſeminarium concupiſcentiarum ex nobis ipſis oriatur: bona atque agimus cælitus donentur.

III. Quòd audiendo ac faciendo Dei verbum, & non ſuperuacuè locutioni vacando, ad noſtrarum ſalutem animarum, ac beatitudinem debeamus peruenire perpetuam.

IV. Non diuitias malorum honorandas, ſed pauperibus Chriſti veritate præcipit eſſe miſerendum.

V. Veritatẽ Fidei ex operibus oſtendendam, Abraham Patriarchæ & Raab meretricis exemplo comprobat.

VI. A miniſter o verbi rudes compeſcit, eo quòd laborioſa multùm ſit cuſtodia linguæ: Mundo autem ore dulcedinem doceat oracula [*al* doceat oraculi] cæleſtis prædicari.

VII. Contentioſam vetans, pacificam docet appetendam eſſe ſapientiam: quòd illam omne opus prauum, hanc juſtitiæ fructus ſequatur.

VIII. Vt à bellis ac litibus poſſit eſſe quies, Mundi amicitias contemni; ac pro adquiſitione regni cæleſtis præcipit humiliari.

IX. A mutua vituperatione refrænans, & iam in incerto diuitiarum ſuperbire prohibet.

X. Increpat eos qui de diuitijs ſuis non ſolùm dare pauperibus,ſed nec mercenarijs quidem ſuis debitum reddere curabant: & ſpecialiter tangens eos qui Saluatorem occiderunt, patienter aduerſa quæque tolerare ſuadet.

XI. Non murmurandum ad inuicem, ſed patienter agendum exemplo ipſius Domini & Sanctorum ejus aſtruit, qui per tolerantiam paſſionum ad gloriam beatitu-

---

a al. *Explicit Actus Apoſtolorum.*

beatitudinis peruenerint.

Ad Timotheum II. cap. x. xiii. xviiii. [*al.* xxiii.] xxix.
Ad Titum cap. ii. & vii.

LII. De Epiſcoporum formula, & de Diaconorum.

Ad Timotheum I. cap. viiii.
Ad Titum cap. ii.

LIII. De Spiritu Sancto, perfidiam nouiſſimi temporis per Apoſtolum prædicante.

Ad Timotheum I. & x.
[*al.* Ad Timotheum II. cap. x. ix]
Ad Titum cap. ii. xiiii. & xviiii.

LIV. De imperio docentium.

Ad Timotheum I cap. xiii.
Ad Titum cap. ii. [*al.* i.]
Ad Philippenſes cap. iii.

LV. De doctore [al. *doctorum*] *& ſeipſum formulam diſcipulis bonis operibus in omnibus debeant exhibere.*

Ad Theſſalonicenſes II. cap. vii.
Ad Timotheum I. cap. xiii.
Ad Timotheũ II. cap. viiii. [*al.* xviiii.]
Ad Titum cap vi.

LVI. De eo, quòd poſſibile ſit [al. *eſt*] *omnibus & neceſſe vniuerſa mandata Dominica pleniſſimè cuſtodire.*

Ad Romanos cap. vi.
Ad Corinthios I. cap. xxvii.
Ad Galathas cap. xxv. [*al.* xxii.]
Ad Titum cap. ii.

Expliciunt Canones.

[*Codd. Orat. B.vij. & Reg. Suetiæ.*]

Prologus.

[al.] *Incipit Argumentum.*

ROmani ſunt in partibus Italiæ. Hij præuenti ſunt à falſis Apoſtolis, & ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in Legem & Prophetas erant inducti. hos reuocat Apoſtolus ad veram & Euangelicam Fidem, ſcribens eis ab Corintho.

Item alius Prologus in Epiſtolam ad Romanos.

ROmani ſunt qui ex Iudæis, Gentilibuſque crediderant, hij ſuperba contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere: nam Iudæi dicebant. Nos ſumus populus Dei, quos ab initio dilexit & fouit &c. [*Extat in Biblijs cum Gloſſa Ordinaria. vſque.*] Vtroſque etiam veniam ſimiliter conſecutos, & æquales eſſe veriſſima ratione demonſtrat; præſertim cùm in eadem Lege prædictum ſit: & Iudæos & Gentes ad fidem Chriſti vocandos eſſe oſtendit. Quamobrem viciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

Explicit Prologus.

[*Codd. Orat. B. vj. S. Pauli. Orat. B.vij. Orat. A. ii. Vatic.* 4221. *ReginæSuetiæ. & S. Petri num.* 1.]

Incipiunt Capitula Epiſtolæ ad Romanos.

I. DE natiuitate Domini ſecundùm carnem.

II. De fide Romanorum, & Paulo pro eis Dominum deprecante.

III. De Gentibus Græcis ac Barbaris, & primatu Iudæorum atque Græcorum.

IIII. De ira Dei in eos, qui ſunt veritatis contrarij, & cógnitum Deum deſerunt, & deſeruierunt creaturæ.

V. De impudicis viris ac feminis.

VI. De iniquis judicibus, qui mala quæ alios [*al.* alijs] prohibuerunt, ipſi (*a*) committunt; & de patientia Dei ad pœnitentiam reuocante. [*al.add.*] & pœnis malè operantium, & gloria operantium bonitatem: & quòd non proſit Circumciſio tranſgredientibus Legem; nec obſit præputium Gentibus naturaliter Deum ſummum colentibus, & cuſtodientibus æquitatem. a

VII. De Iudæo quod [*al* quid] amplius habeat; & quid [*al.*quod] cæteris Gentibus antecellat.

VIII. De humana calumnia aduerſùs (*b*) iudicium Dei. & de dicentibus, *Faciamus mala, vt veniant bona.* b

IX. De Iudæis & Græcis omnibus (*c*) peccato conſtrictis. & de iuſtitia Dei per fidem [*al. add.* Domini noſtri] Ieſu Chriſti. c

X. De juſtificatione (*d*) hominum per fidem ſine operibus. d

XI. De gloriatione ſpe [*al.*ſpei] gloriæ Dei: pariter & de gloriatione tribulationis.

XII. De paſſione Domini pro impijs nobis, & præuaricatione hominis peccatoris Adæ.

XIII. De morte regnante ab Adam vſque ad Moyſen, & in eos qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adæ.

XIIII. De differentia magnitudinis peccati Adæ, humanum genus ſecum pariter (*e*) deponentis ad mortem, & gratiæ Dei (*f*) apud ſe credentes omnes in ſe reuelantis [*al.* reuelantes. *leg.* releuantis] ad vitam & gloriam ſempiternam. e f

XV. De baptizatis, quòd in morte Domini (*g*) ſint baptizati: viuant autem non peccato, cui (*h*) mortui ſunt, ſed juſtitiæ Dei g h

a *al.* committant. b *al.* iudicia. c *al.* ſub peccatis conſtrictis. d *al.* hominis. e *al.* deponentes. f *al. om.* apud ſe. g *al.* ſunt. h *al.add.* iam.

i Dei cui renati ſunt (*i*) ex reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

k XVI. De fidelibus, quòd non (k) ſunt ſub Lege, ſed ſub Gratia. & quòd liberati à ſeruitute peccati, facti ſunt ſerui iuſtitiæ Dei.

XVII. De homine quamdiu viuit vinculo legis adſtricto [*al.* adſcripto], & in paſſione Domini (*l*) pariter moriente vt à lege ſit liber. l

XVIII. De diſputatione carnis & carnalium operum, & ſpiritus; ac ſpiritalium ſanctitate.

XIX. De Sanctis, quòd non carni ſunt [*al.* carnis ſint] debitores, ſed ſpiritus: & quòd non ſpiritum timoris acceperint, ſed adoptionis filiorum Dei.

XX. De differentia paſſionum & præſentiæ & futuræ, [*al.* & præſentia & futura. *leg.* præſentium & futuræ gloriæ.] Et de creatura à ſeruitute corruptionis liberari cupiente. & de ſpe. & de Spiritu pro Sanctis, gemitibus qui verbis exprimi [*al.* depromi] non poſſunt, ambitioſiùs poſtulante.

XXI. De prædeſtinatis conformibus Filij Dei.

XXII. De Deo, quòd pro nobis Filio ſuo [*al.* proprio] non pepercit.

XXIII. De impoſſibilitate ſeparationis hominis Chriſtiani à dilectione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

XXIIII. De teſtificatione Pauli doloris & triſtitiæ pro Iudæis.

XXV. De duobus populis.

XXVI. De voluntate Dei, quòd quem vult indurat; & cui vult, clementiſſimè miſeretur.

XXVII. De comparatione figmenti & & figuli.

XXVIII. De vaſis iræ ac miſericordiæ, & Gentium vocatione.

XXIX. De Eſaia clamante pro populo Iſrahel.

m XXX. De Gentibus iuſtitiam [*m*] fidei comprehendentibus, & Iudæis offendentibus in Lapidem offenſionis.

XXXI. De Paulo teſtimonium perhibente, quòd Iudæi æmulationem Dei habeant ignorantes; & quòd finis ſit Legis, Dominus Chriſtus.

XXXII. De iuſtitia Legis, & iuſtitia Fidei.

XXXIII. De incredulitate Iudæorum, & Gentium fide.

XXXIV. De Iudæis, quòd non ſunt repulſi à Deo.

XXXV. De duritia Iudæorum.

XXXVI. De Iudæorum delicto, cùm ſit Gentibus ſalus, quantò magis erit plenitudo eorum.

XXXVII. De Apoſtolo reuelante [*for.* releuante] [*n*] Iudæos comparatione oliuæ arboris, & Gentes ab elatione animi reprimente. n

XXXVIII. De ſalute omnium Iudæorum.

XXXIX. De impoſſibilitate ſciendi ſecretorum [*al* ſecretum] ſcientiæ Dei.

XL. De Apoſtolo obſecrante Sanctos, vt corpora ſua exhibeant hoſtiam Deo.

XLI. De falſa & vera ſapientia.

XLII. De Eccleſia, & [*o*] comparatione corporis atque membrorum. o

In hoc capite ſunt.

De diuerſitate donorum, & dilectione.

De odio mali, & conjunctione [*al.* vinctione] boni.

De charitate.

De obſequio.

De ſollicitudine, & de feruore ſpiritus.

De tempori ſeruiendo. [*al.*] De ſeruiendo Deo.

De ſpei gaudio.

De patientia tribulationis.

De inſtantia orationis.

De communicatione Sanctorum [*al. ad.*] memorijs [*al.* neceſſitatibus.]

De hoſpitalitate.

De benedicendo, & abſtinentia maledicendi.

De gaudio (*al.* gaudere) cum gauden-

i *al.* & reſurrectione. k *al.* ſine. l *al.* pater monente. m *al.* Dei. n *al.* ad Iudæos, *al.* Iudæis comparationem *&c.* o *al.* corporationis cordis.

gaudentibus, ac fletu (*al.* flere) cum flentibus.
De vnitate, & de humilitate.
De non reddenda injuria.
De prouiſione bonorum coram Deo & omnibus hominibus.
De pace (ſi fieri poteſt) cum omnibus hominibus.
De vindicta à Deo expectanda.
XLIII. De ſubjectione erga principes & poteſtates.
XLIV. De redditione vnicuique omniũ debitorum.
XLV. De vigilantia,& exercitio fidei, & ſobrietate & continentia.
XLVI. De negligentia & traditione carnis.& de manducantibus ac non manducantibus, & judicantibus alternos vel vniuerſos dies.
XLVII. De omnibus, quòd non ſibi ſed Deo aut moriantur aut viuant.
XLVIII. De paſſione Domini & poteſtate. & quòd nec edens non edentem, & nec non manducans manducantem debeat judicare.
XLIX. De eo quòd nihil commune eſt niſi ei, qui exiſtimat eſſe commune.
L. De periculo contriſtantis fratrem ſuum eſca ſua; & quòd non ſit regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia & pax & gaudium in Spiritu Sancto.
LI. De myſterio Domini ante Paſſionem in ſilentio habito, poſt Paſſionem verò ipſius reuelato.

p (p) *Expliciunt Capitula*.

Incipit Argumentum.

ROmani ſunt in partes Italiæ. hij præuenti ſunt à falſis Apoſtolis, & ſub nomine Ieſu Chriſti in Lege & Prophetis erant inducti. hos reuocat Apoſtolus ad veram & Euangelicam fidem, ſcribens eis Corintho.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

I. c.1.ỳ.1.
PAulus,ſeruus Ieſu Chriſti,vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei.
II. c.1.ỳ.8.
Primùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis.
III. c.1.ỳ.13.
Nolo autem vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos.
IV. c.1.ỳ.18.
Reuelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem & injuſtitiam hominũ.
V. c.1.ỳ.26.
Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.
VI. c.2.ỳ.1.
Propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis qui judicas.
VII. c.3.ỳ.1.
Quid ergo amplius eſt Iudæo? aut quæ vtilitas Circumciſionis?
VIII. c.3 ỳ.5.
Si autem iniquitas noſtra juſtitiam Dei commendat, quid dicimus?
IX. c.3.ỳ.9.
Quid igitur? præcellimus eos? nequaquam:cauſa enim ſumus Iudæos & Græcos.
X. c.3.ỳ 20.
Quoniam ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. [*eo modo incipit hoc cap* X. *in vno Cod. in cæteris verò vt ſequitur.*] c.3.ỳ.27.
Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. per quam legem? Factorum? Non.
XI. c.5 ỳ.1.
Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominũ noſtrum Ieſum.
XII. c.5.ỳ 6.
Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecundùm tempus pro impijs?
XIII. c.5.ỳ 13.
Vſque ad Legem enim peccatum erat in Mundo: peccatum autem non imputabatur. [*In alÿs Codd. ſic incipit.*] c.5.ỳ.14.
Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen etiam in eos qui non peccauerunt.
XIV. c.5.ỳ.15.
Sed non ſicut delictum, ita & donum: ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt.
An

p al. *Explicuerunt*.

Digitized by Google

XV. c.6.℣.3.
An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte.

XVI. c.6.℣.12.
Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs.

XVII. c.7.℣.1.
An ignoratis fratres (ſcientibus enim Legem loquor) quia lex in homine dominatur.

XVIII. c.7.℣.14.
Scimus enim quoniam lex ſpiritalis eſt; ego autem carnalis ſum.

c.7 ℣.22.
Condelector enim legi Dei ſecundũ interiorem hominem: video autem aliã legem.

c.8.℣.6.
Nam prudentia carnis mors eſt; prudentia autem ſpiritus, vita & pax.

XIX. c.8.℣.12.
Ergo fratres debitores ſumus non carni vt ſecundùm carnem viuamus.

c.8.℣.15.
Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.

XX. c.8.℣.18.
Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futurã gloriã.

c.8.℣.24.
Spe enim ſalui facti ſumus: ſpes autem quæ videtur, non eſt ſpes.

XXI. c.8.℣.28.
Scimus autem quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

XXII. c.8.℣.31.
Quid ergo dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos?

XXIII. c.8.℣.33.
Quis accuſabit aduerſùs electos Dei? Deus qui juſtificat; quis eſt qui condemnet?

[*in al. verò incipit.*] c.8.℣.35.
Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia?

XXIV. c.9.℣.1.
Veritatem dico in Chriſto; non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia.

XXV. c.9.℣.6.
Non autem quod exciderit verbum Dei: nõ enim õnes qui ex Iſrahel, hi ſũt Iſrahelitę.

XXVI. c.9 ℣.14.
Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? abſit.

c.9.℣.18.
Ergo cuius vult, miſeretur; & quem vult, indurat.

XXVII. c.9.℣.19.
Dices itaque mihi. Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis reſiſtit?

XXVIII. c.9 ℣.22.
Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit.

XXIX. c.9 ℣.27.
Iſaias autem clamat pro Iſrahel: Si fuerit numerus filiorũ Iſrahel tanquã arena maris.

XXX. c.9.℣.30.
Quid ergo dicemus? quòd Gentes quæ non ſectabantur juſtitiam, adprehenderunt.

XXXI. c.10.℣.1.
Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum fit pro illis in ſalutem.

XXXII. c.10.℣.4.
Finis enim legis Chriſtus, ad juſtitiam omni credenti.

[*in al. verò incipit.*] c.10.℣ 5.
Moyſes enim ſcripſit, quoniã iuſtitiã quæ ex lege eſt, qui fecerit. homo viuet in ea.

XXXIII. c.10 ℣.10.
Corde enim creditur ad juſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

[*in al. verò incipit.*] c.10.℣.14.
Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? autem quomodo credent ei?

XXXIV. c.11.℣.1.
Dico ergo: numquid reppulit Deus populũ ſuũ? abſit. Nã & ego Iſrahelita ſum.

XXXV. c.11.℣.7.
Quid ergo? quod quærebat Iſrahel, hoc nõ eſt cõſecutus: electio autẽ conſecuta eſt.

XXXVI. c.11.℣.11.
Dico ergo: numquid ſic offenderunt vt caderent? abſit. ſed illorum delictum.

XXXVII. c.11.℣.13.
Vobis enim dico Gentibus: quamdiù quidem ego ſum Gentium Apoſtolus.

XXXVIII. c.11.℣.25.
Nolo enim vos ignorare, fratres, myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſis ſapientes.

XXXIX. c.11.℣.33.
O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quàm incõprehenſibilia ſunt judicia.

XL. c.12.℣.1.
Obſecro itaque vos, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra.

XLI. c.12.℣.3.
Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere.

XLII. c.12.℣.4.
Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus; omnia autẽ membra non eumdẽ.

Nolite

c.12.℣.16.

Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.

XLIII. c 13.℣.1.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:non eſt enim poteſtas,niſi à Deo.

XLIV. c.13 ℣.7.

Reddite ergo omnibus debita: eui tributum, tributum; cui vegtigal, vegtigal.

XLV. c.13 ℣.11.

Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: nunc enim propior.

XLVI. c.13 ℣.14

Carnis curam ne feceritis in deſiderijs.

[*in al. verò incipit.*] c.14 ℣ 1

Infirmum autem in fide adſumite non in diſceptationibus cogitationum.

XLVII c.14.℣ 7.

Nemo enim noſtrû ſibi viuit; & nemoſibi moritur: ſiue enim viuimus, Dño viuimus.

XLVIII c.14 ℣ 9.

In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit; vt & mortuorû & viuorû dominetur.

XLIX c 14.℣.14

Scio & confido in Domino Ieſu, quia nihil cômune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat.

L c 14 ℣ 15.

Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur; iā non ſecundùm charitatē ambulas.

c 15 ℣ 4.

Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam.

c.15 ℣.14.

Certus ſum autem,fratres mei,& ego ipſe de vobis,quoniā & ipſi pleni eſtis dilectione.

c.15.℣.17.

Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum: non enim audeo aliquid loqui

c.15.℣ 27

Placuit enim eis;& debitores ſunt eorum: namſi ſpiritaliû eorum participes facti ſunt.

c 16 ℣ 30.

Obſecro igitur vos, fratres per Dominû Ieſû Chriſtû,& per charitatē Spiritus Sancti.

c 16.℣.1

Commendo autem vobis Phebem ſororē noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ.

c.16 ℣.7.

Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos.

c.16.℣.17.

Rogo autē, fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinā.

c.16.℣.21.

Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucas & Iaſon & Soſipater cognati mei.

LI. c.16.℣.25.

Ei autem qui potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem.

Explicit Epiſtola ad Romanos miſſa à Corintho.

℣. DCCCCXI.

[*hoc eſt*, *Verſ.* 911.]

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Corinthios Prima.

Corinthi ſunt Achaici & hij ſimiliter ab Apoſtolis audierunt verbum veritatis: & ſubuerſi ſunt multifariè à falſis Apoſtolis, quidam a philoſophiæ verboſa eloquentia, alij à ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. hos reuocat Apoſtolus ad veram euangelicam ſapientiam; ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulû ſuum.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. De inſtructione, qua Corinthios Apoſtolus in Chriſto pleniſſimè confirmauit

II. De exhortatione vnitatis,& ſchiſmatibus ſibi nuntiatis.

III. De Chriſto,qui diuidi non poteſt in magiſtris, & baptizatorum perſonis.

IV. De Chriſto, qui per Mundi ſapientiam non poteſt indagari.

V. De Deo,qui nobilia & honoranda contempnit.

VI. De ſublimitate ſermonis, quem in opere transfiguratum oſtendit

VII. De duobus ſpiritibus. & quod ſpiritualis omnia ſcrutetur.

VIII. De carnalibus, qui cibum capere nequeunt, ſed lacte potantur.

De

IX. De fundamento veritatis, quod Apoſtolica fundauit auctoritas.
X. De ſapientia Mundi, quòd ſtultitia ſit apud deum.
XI. De Sacerdotibus, à Deo non ab homine infimo iudicandis.
XII. De falſis Sacerdotibus, qui eadem licet nudis ſermonibus, quæ ſancti Sacerdotes inſinuant.
XIII. De ſanctis Sacerdotibus; qui cùm temporis iniquitate circumdantur, putantur ſtulti.
XIV. De virtute operis, & tumore inanis ſermonis.
XV. De ſententia quæ in eum, qui ad paternum voluit reuerti errorem.
XVI. De fermento veteri expurgando.
XVII. De fornicationibus fugiendis.
XVIII. De Sanctis Mundum iudicaturis; & iudicio Mundi quod in plebe futurum eſt.
XIX. De eſcis quod ventri ſint aptæ; eſcis etiam venter.
[*Duo ſubſequentes Tituli ordine præpoſtero ſunt poſiti.*]
XX. De Sanctis, qui cõſuluerunt Apoſtolum an permitterent incontinentibus nubere.
XXI. De omni peccato, quòd Sanctis ſit à corpore alienum.
XXII. De lege connubij, ſed & libertate conceſſa.
XXIII. De perſeuerando in ordine humanæ conditionis vſque ad diem libertatis.
XXIV. De virginitate, quòd non imperio, ſed conſilio diuino aſſumitur.
XXV. De plebe quam Apoſtolus de melioribus exhortatur.
XXVI. De benefaciendo ſemper & melius.
XXVII. De hijs quæ idolis immolantur: & de vno Deo, & dominis multis.
XXVIII. De prudentibus, qui etiam per contentum temerare prohibentur aduerſa.
XXIX. De poteſtate manducandi & bibendi, & operandi.
XXX. De gloria continentiæ, quam ne amittat, eligit moriendum.
XXXI. De lucro animarum, cuius cauſa Apoſtolus omnibus ſe ſimilauit.
XXXII. De corona incorruptibili; propter quam ab omni eſt intemperantia abſtinendum.
XXXIII. De patribus, qui in nube & mare ſunt baptizati.
XXXIV. De ſacrificantibus, quòd non Deo ſed dæmonibus victiment ſemper.
XXXV. De conſcientia, propter quam nihil immundum pro mundo tas eſt.
XXXVI. De capitibus velatis & non velatis
XXXVII. De Sanctis, quibus non eſt contendendi conſuetudo.
XXXVIII. De Cœna Dominica, cui indocti reuerentiam negant.
XXXIX. De corpore Dñi, quod cùm temeranj indiſcretè aſſumunt, iudicium ſibi aſſumunt.
XXXX. De Spiritu Dei, qui Sanctis quicquid cæleſte eſt operatur.
XXXXI. De membrorum alterno auxilio.
XXXXII. De ordine & temperamẽto membrorum.
XXXXIII. De ordinatione Eccleſiæ.
XXXXIV. De charitate, ſine qua nullus eſt quicquam.
XXXXV. De officijs charitatis & ætatibus.
XXXXVI. De expoſitione legis, & incertis prædicatoribus.
XXXXVII. De manifeſta voce tubæ, quæ preparare conſueuit ad bellum.
XXXXVIII. De ſenſu Apoſtoli fructuoſo, & omnium loquela linguarum.
XXXXIX. De inſania plurimorum, qui incerta auſi ſunt prædicare.
L. De diuinis occupationibus Chriſti diſcipulorum.
LI. De mulieribus, quæ loqui in Eccleſia prohibeantur.
LII. De Paſſione & Reſurrectione Dominica.
LIII. De ſpe & reſurrectione mortuorum.
LIV. De auctoribus mortis & vitæ, & luxurioſis in craſtinum morituris.
LV. De qualitate reſurrectionis mortuorum.

LVI. De terreno homine, & cæleſti.
LVII. De ſurgentibus ad incorruptionem, & Saluatoris de morte triumpho.
LVIII. De ordinatione eleemoſynæ Sanctorum.
LIX. De commendatione Timothei.
LX. De Miniſtris ſanctorum honorandis, & ſalutationibus.

Incipit Epiſtola Prima ad Corinthios.

I. c.1.℣.1.

PAulus, vocatus Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei, & Soſtenes frater.

II. c.1.℣.10.

Obſecro autem vos, fratres, per nomen Dñi noſtri IeſuChriſti, vt idipsũ dicatis õnes.

III. c.1.℣.12.

Hoc autẽ dico, quod vnuſquiſque veſtrũ dicit. Ego quidẽ sũ Pauli: ego autẽ Apollo.

IIII. c.1.℣.18.

Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; his autem qui ſalui fiunt.

V. c.1.℣.26.

Videte vocationem veſtram fratres: quia non multi ſapientes ſecundùm carnem.

c.2.℣.30.

Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu: qui factus eſt ſapientia nobis à Deo.

VI. c.2.℣.1.

Et ego cùm veniſſem ad vos, fratres; veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ.

VII. c.2.℣.11.

Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?

VIII. c.3.℣.1.

Et ego, fratres, nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus.

IX. c.3.℣.9.

Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis; Dei ædificatio eſtis.

X. c.3.℣.16.

Neſcitis quia templum Dei eſtis; & Spiritus Dei habitat in vobis?

XI. c.4.℣.1.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myniſteriorum Dei.

XII. c.4.℣.6.

Hæc autem, fratres, transfiguraui in me & Apollo propter vos.

XIII. c.4.℣.10.

Nos ſtulti propter Chriſtum; vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi; vos autẽ.

XIV. c.4.℣.16.

Rogo ergo vos; imitatores mei eſtote. ideo miſi ad vos Timotheum; qui eſt filius.

XV. c.5.℣.1.

Omnino auditur inter vos fornicatio; & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes.

XVI. c.5.℣.6.

Non bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentũ totã maſſam corrumpit?

XVII. c.5.℣.9.

Scripſi vobis in epiſtola: Ne cõmiſceamini fornicarijs: nõ vtiq; fornicarijs huius Mũdi.

XVIII. c.6.℣.1.

Audet aliquis veſtrum habens negotium aduersùs alterum, iudicari apud iniquos?

XIX. c.6.℣.13.

[Eſca ventri; & venter eſcis.]

c.6.℣.15.

Neſcitis quoniam corpora veſtra mẽbra Chriſti ſunt? tollens ergo membra Chriſti?

XX. c.6.℣.18.

Fugite fornicationem: omne peccatum quodcũque fecerit homo, extra corpus eſt.

XXI c.7.℣.1.

De quibus autem ſcripſiſtis mihi. Bonum eſt homini mulierem non tangere.

XXII. c.7.℣.8.

Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego.

XXIII. c.7.℣.16.

Vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? aut, vnde ſcis vir ſi mulierem ſaluã?

XXIV. c.7.℣.25.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do.

XXV. c.7.℣.28.

Ego autem vobis parco: hoc itaque dico fratres. Tempus breue eſt.

XXVI. c.7.℣.36.

Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua.

XXVII. c.8.℣.1.

De his autem quæ idolis immolantur: ſcimus quia omnes ſcientiam habemus.

XXVIII. c.8.℣.8.

Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus.

XXIX. c.9.℣.1.

Non ſum liber? non ſum Apoſtolus? nonne Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ vidi?

cantur

XXX. c.9.℣.13.

Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt?

XXXI. c.9.℣.19.

. Nam cùm liber eſſem ex omnibus, omniũ me ſeruum feci; vt plures lucrifacerem.

XXXII. c.9.℣.24.

Neſcitis quòd hij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt; ſed vnus accipit.

XXXIII. c.10.℣.1.

Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt.

XXXIV. c.10 ℣.14.

Propter quod Kariſſimi mihi fugite ab idolorum cultura: vt prudentibus loquor.

XXXV. c.10.℣.25.

Omne quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiã.

XXXVI. c.11.℣.1.

Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

XXXVII. c.11 ℣.16.

Si quis autem videtur contentioſius eſſe; nos talem conſuetudinem non habemus.

XXXVIII. c.11.℣ 20.

Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt Dominicam Cœnam manducare.

XXXIX. c.11.℣.27.

Itaque quicumque manducauerit Panem, vel biberit Calicem Domini indignè.

XL. c.12.℣.1.

De ſpiritualibus autem: nolo vos ignorare fratres, quoniam cùm Gentes eſſetis.

XLI c.12.℣.12.

Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa.

XLII. c.12.℣.21.

Non poteſt dicere oculus manui. Opera tua non indigeo.

XLIII. c.12 ℣.27.

Vos autem eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de membro. & quoſdam quidẽ poſuit Deus.

XLIV. c.12.℣ 31.

Aemulamini autem chariſmata meliora: & adhuc excellentiorẽ vobis viã demonſtro.

XLV. c.13.℣.4.

Charitas patiens eſt; benigna eſt: charitas non æmulatur; non agit perperam.

XLVI. c.14.℣.1.

. Sectamini charitatem: æmulamini ſpiritualia, magis autem vt prophetetis.

XLVII. c.14.℣.7.

Tamen quæ ſine anima ſunt, vocẽ dantia, ſiue tibia ſiue cythara; niſi diſtinctionem.

XLVIII. c.14.℣.13.

Et ideo qui loquitur lingua; oret vt interpretetur: nam ſi orem lingua.

XLIX. c.14.℣.20.

Fratres nolite pueri effici ſenſibus: ſed malitia paruuli eſtote; ſenſibus autẽ perfecti.

L. c.14.℣.26.

Quid ergo eſt fratres? cùm conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet.

LI. c.14.℣.34.

Mulieres in Eccleſijs taceant: non enim permittitur eis loqui.

LII. c.15.℣.1.

Notum autẽ vobis facio, fratres, Euangeliũ, quod prędicaui vobis, quod & accepiſtis,

LIII. c.15.℣.12.

Si autẽ Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt?

LIV. c.15.℣.20.

Nunc autẽ Chriſtus reſurrexit à mortuis; primitiæ dormientium: quoniam quidem.

LV. c.15 ℣.33.

Nolite ſeduci. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala.

LVI. c.15.℣.42.

Seminatur in corruptione; ſurget in incorruptione.

LVII. c.15.℣.51.

Ecce myſterium dico vobis. Omnes quidẽ reſurgemus; ſed non omnes immutabimur.

LVIII. c.16 ℣.1.

De Collectis autem quæ fiunt in Sanctis, ſicut ordinaui Eccleſijs Galathiæ.

LIX. c.16.℣.10.

Si autem venerit Timotheus; videte vt ſine timore ſit apud vos.

LX. c.16.℣.15.

Obſecro autem vos, fratres; noſtis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici.

LXI. c.16 ℣.22.

Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, Maran Atha.

Explicit ad Corinthios Epiſtola Prima.

[*Cod. Oratorij B.v.y.*]

Incipit ad eoſdem in Epiſtolam Secundam Argumentum.

POſt actam pœnitentiam, conſolatoriam epiſtolam ſcribit eis à Troade per Titũ: & collaudans eos, hortatur ad meliora; contriſtatos eos quidem, ſed emendatos oſtendens.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE copia paſſionis & conſolationis.

II. De ſæuiſſimis paſſionibus,& conſcientiæ teſtimonio.

III. De doctrina veritatis inlaudicabili.

IV. De indulgentia eius, quem in prima epiſtola condemnauit.

V. De triumpho Saluatoris, quòd in ſuis diſcipulis gloriatur.

VI. De epiſtola, quæ Spiritu Dei viuentis ſcribitur.

VII. De miniſterio dampnationis & iuſtitiæ.

VIII. De velami veteris Teſtamenti, quod in Chriſto euacuatur.

IX. De deo ſeculi, qui infidelium mentes excæcat.

X. De Dei dono, quod theſauri ad inſtar in vaſe fictili habetur.

XI. De domo terreſtri, & cæleſti habitaculo.

XII. De tribunali Chriſti, ante quod omnes repræſentari oportet

XIII. De charitate Chriſti, quæ Sanctos conſtringit.

XIV. De noua creatura. & quòd reconciliamur Deo per Chriſtũ.

XV. De tempore accepto, & ſignificatione Miniſtrorum Dei.

XVI De differentia boni & mali.

XVII. De ſanctificatione Dei, & Spiritu conſummando.

XVIII. De inſectatione intolerabili, & Corinthiorum pœnitentiã.

XIX. De conſolatione Apoſtoli, quòd Titus Corinthios ita repperit. aut. . . . . .

XX. De Macedone, qui ſemet Deo & Sanctis dederunt.

XXI. De paruo ſumptu eleemoſynæ Sanctorum.

XXII. De prouidentia bonorum, quæ coram Deo eſt & hominibus celebranda.

XXIII. De miniſterio plebis,quod in Sanctos fieri Apoſtolus exhortatur.

XXIV. De eleemoſyna, quæ non eſt ex neceſſitate, ſed ex voluntate facienda.

XXV. De ſemine verbi, & pane, quòd Dominus largiatur.

XXVI. De armis Sanctorum, quòd non ſint carnalia ſed potentia Dei.

XXVII. De Sanctis, quorum ſermo ab opere non diſcordat.

XXVIII. De hijs, qui vt ſatanas nudis ſermonibus in Chriſti Apoſtolos ſe transfigurant.

XXIX. De Sanctis,qui ſe ſtultos iudicant, cùm ſuas cœperint paſſiones diſcipulis tacentibus prædicare.

XXX. De Sanctis, qui cauſa diſcipulorum mori infirmarique non ceſſant.

XXXI. De reuelatinnibus, & cognitione angeli ſatanæ.

XXXII. De potentia Sanctorum, quæ ſuperatis infirmitatibus comparatur.

XXXIII. De luctu Sanctorum, quem in immunditijs per pœnitentiam patiuntur.

XXXIV. De arguendis impœnitentibus.

XXXV. De Sanctis, quos nihil contra ſed totum pro veritate conuenit prædicare.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola Secunda.

I. c.1 ℣.1.

PAulus, Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei,& Timotheus Frater Eccl.

II. c.1.℣. 8.

Non enim volumus vos ignorare,fratres, de tribulatione noſtra,quæ facta eſt in Aſia.

III c.1 ℣.17.

Cùm hæc ergo voluiſſem; numquid leuitate vſus ſum?

IV. c.1.℣ 23.

Ego autẽ teſtem Deum inuoco in animã meam; quòd parcens vobis non veni vltra.

V. c 2.℣ 12.

Cùm veniſſem autem Troadem propter Euangeliũ Chriſti,& oſtiũ mihi apertũ eſſet.

VI. c.3 ℣.1.

Incipimus iterũ noſmetipſos cõmendare? aut,nũquid egemus ſicut quidã cõmendatijs.

VII. c.3.℣.4.

Fiduciam autẽ talẽ habemus per Chriſtũ ad

Ad Deū: ſi quòd ſufficientes ſimus cogitare.

VIII. c.3 ỳ.12.

Habentes igitur talē ſpem, multa fiducia vtimur:& nō ſicut Moyſes ponebat velamē.

IX. c.3.ỳ.18.

Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes,in eamdem imaginem.

X. c 4.ỳ 7.

Habemus autē theſaurum iſtum in vaſis fictilibus; vt ſublimitas ſit virtutis Dei

c 4.ỳ 16

Propter quod non deficimus: ſed licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur.

XI. c.5.ỳ.1.

Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur.

XII. c.5 ỳ.8.

Audemus autē,& bonam voluntatē habemus magis peregrinari à corpore,& pręſen.

XIII. c.5.ỳ.11.

Scientes ergo timorē Domini,hominibus ſuadcmus; Deo autem manifeſti ſumus.

XIV. c.5.ỳ 16.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundùm carnem: & ſi cognouimus.

XV. c.6.ỳ.1.

Adiuuantes autem & exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

XVI. c.6.ỳ 11.

Os noſtrum patet ad uos, ò Corinthij: cor noſtrum dilatatum eſt.

XVII. c.7 ỳ.1.

Has igitur habentes promiſſiones, Kariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamēto.

XVIII c.7.ỳ 5.

Nam & cùm uenillemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra.

XXIX. c.7 ỳ.12.

Igitur, etſi ſcripſi vobis, non propter eum qui fecit injuriam.

XX. c.8.ỳ.1.

Notam autem fecimus vobis,fratres gratiā Dei,quæ data eſt in Eccleſijs Macedonię.

XXI. c.8.ỳ 9.

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniā propter nos egenus factus.

XXII. c.8 ỳ.18.

Miſimus etiam cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.

XXIII. c.9.ỳ.1.

Nam de miniſterio quod fit in Sanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis.

XXIV. c.9.ỳ.5.

Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare,fratres, vt perueniat ad nos; & præparent.

XXV. c.9.ỳ 10.

Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit.

XXVI. c.10 ỳ.1.

Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.

XXVII c.10.ỳ.7.

Si quis confidit ſibi Chriſti ſe eſſe,hoc cogitet iterū apud ſe; quòd ſicut ipſe Chriſti.

XXVIII c.10.ỳ.17.

Qui autē gloriatur,in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat.

XXIX c.11.ỳ.16.

Iterum dico (nequis me putet inſipientē; alioquin velut inſipientem accipite me.

XXX. c.11.ỳ.29.

Quis infirmatur; & ego non infirmor?

XXXI c.12.ỳ 1.

Veniam autem ad viſiones & reuelatiōnes Domini. Scio hominem in Chriſto.

XXXII. c.12.ỳ 9.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

XXXIII. c.12.ỳ.15.

Ego autem libentiſſimè impendā & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.

XXXIV. c.13.ỳ.2.

Prædixi enim, & prædico ut præſens, & nunc abſens, his qui ante peccauerunt.

XXXV. c.13 ỳ.7.

Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis; non vt nos probati pareamus.

XXXVI. c.13 ỳ.11.

De cetero fratres, gaudete; perfecti eſtote.

Explicit Epiſtola ad Corinthios Secunda.

[*Cod. Oratorij B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Galathas.

GAlathæ ſunt Græci.hij verbum veritatis primùm ab Apoſtolo acceperunt: ſed poſt diſceſſum eius tempṭati ſunt a falſis Apoſtolis; vt in legem & circumciſionem verterentur. Hos Apoſtolus reuocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

Explicit Argumentum.

Inci-

Digitized by Google

Incipiunt Capitula.

I. DE maledicto eorum, qui prę-uaricare auſi ſunt regulam veritatis.

II. De Euangelio, quod Deus non homo Apoſtolo reuelauit.

III. De Sanctis, quòd carni nequeant ac ſanguini adquieſcere.

IV. De veritate Euangelij, cuius propter cuſtodiam ſubiectioni ceditur ad momentum.

V. De vnius doctrinæ Apoſtolorum conſenſu.

VI. De Apoſtolo Petro, quòd Gentiliter vixiſſet.

VII. De lege diuina, per quam legi eſt humanæ moriendum

VIII. De Lege, quam ſi quis fuerit operatus, ſub maledicto eſſe detegitur.

IX. De Abraham, qui non ex Lege donum Dei, ſed per promiſſionem, adeptus eſt.

X. De Lege, quæ pædagogus ante fidei aduentum fuiſſe probatũ.

XI. De Spiritu Filij Dei, qui miſſus eſt ad redemptionem ſub Lege conſtitutorum.

XII. De æmulatoribus, qui nihil aliud nituntur, quàm rectè ſtantes euertere.

XIII. De ancilla & libera, & duobus Teſtamentis.

XIV. De carnalibus, quòd ex antiquo inſequantur ſpirituales.

XV. De ſuaſoribus, quorum vt ex Deo ſit doctrina orta.

XVI. De libertate, quæ non eſt vicijs ſeruilibus mancipanda.

XVII. De ſpiritualibus, quod nequeant eſſe ſub Lege. & opera carnis.

XVIII. De qualitate fructuũ ſpiritualiũ.

XIX. De alterius oneribus bajulandis.

XX. De fœcunditate carnis & ſpiritus, & ſatore.

XXI. De magnitudine ingentis epiſtolæ, & nota in carne gloriantium.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c. 1. ℣. 1.

PAulus, Apoſtolus non ab hominibus neque per hominẽ ſed per Ieſum Chriſtũ.

II. c. 1. ℣. 11.

Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum eſt à me.

III. c. 1. ℣. 15.

Cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiã.

IV. c. 1 ℣. 21.

Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ: eram autem ignotus facie Eccleſijs Iudææ.

V. c. 2. ℣. 11.

Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam; in faciẽ ei reſtiti: quia reprehenſibilis erat.

VI. c. 2. ℣. 17.

Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: numquid?

VII. c. 3. ℣. 2.

Hoc ſolũ volo à vobis diſcere. ex operibus Legis Spiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei?

VIII. c. 3. ℣. 15.

Fratres (ſecundùm hominem dico) tamen hominis confirmatũ Teſtamentum nemo ſp.

IX c. 3. ℣. 18.

Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus. Quid igitur Lex?

X. c. 4. ℣. 1.

Dico autem; Quanto tempore hæres paruulus eſt, nichil differt à ſeruo; cũ ſit dñus.

XI. c. 4 ℣. 12.

Fratres, obſecro vos; nichil me læſiſtis: ſcitis autem quia per infirmitatem carnis.

XII. c. 4. ℣. 19.

Filioli mei, quos iterum parturio.

XIII. c. 4 ℣ 21.

Dicite mihi qui ſub Lege vultis eſſe: Legẽ non legiſtis?

XIV. c. 4. ℣ 28.

Nos autem, fratres, ſecundùm Iſaac promiſſionis filij ſumus

XV. c. 5. ℣. 3.

Teſtificor autẽ rurſus õni homini circũcidenti ſe, quoniã debitor eſt vniuerſæ Legis.

XVI. c. 5. ℣. 11.

Ego autẽ, fratres, ſi circumciſionẽ adhuc prędico; quid adhuc perſecutionem patior?

XVII c. 5 ℣. 16.

Dico autem: Spiritu ambulate; & deſideria carnis non perficietis.

XVIII. c. 3 ℣. 22.

Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia.

XIX. c.6.ỷ.1.

. Fratres , & ſi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto ; vos qui ſpirituales eſtis.

XX. c.6.ỷ.7.

Nolite errare : Deus non irridetur . quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet .

XXI. c.6 ỷ.11.

Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu .

Explicit Epiſtola ad Galathas .

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Epheſios .

EPheſij ſunt Aſiani.hij accepto verbo veritatis , perſliterunt in fide . Hos collaudat Apoſtolus ſcribens eis ab vrbe Roma de carcere per Tichicum Diaconem .

Explicit Argumentum .

Incipiunt Capitula .

I. DE electis ante conſtitutionē Mundi .

II. De charitate plebis , quæ Sanctis exhiberi monſtratur .

III. De figmento opus deificiū , quod in Chriſto ad opus eſt optimū conſtitutum .

IV. De Gentibus & Iudæis ; quos vnum fecit Chriſtus aduenicns.

V. De reuelatione Sanctorum , quæ alijs temporibus non fuit nota.

VI. De reuelatione Chriſti ſublimiſſimæ charitatis .

VII. De vnitate ſpiritus, pacis in vinculo conſeruandæ .

VIII. De captiuitate ſublata in altum ; ex quo omnia ordinauit .

IX. De veteri homine iuxta conuerſationem deponendo .

X. De terreno opere cuiuſmodi ſit omnibus operando .

XI. De alterna benignitate & miſericordia .

XII. De operibus infructuoſis tenebrarum arguendis .

XIII. De tempore redimendo,& diebus malis .

XIV. De diligendis vxoribus ad inſtar charitatis , qua Chriſtus dilexit Eccleſiam .

XV. De filijs & parentibus , ſeruis quoque ac dominis moderandis .

XVI. De prælio in quo non contra carnem & ſanguinem , ſed contra aerias poteſtates eſt colluctandum .

XVII. De armis , quibus contra prædictas pugnandum ſit poteſtates .

XVIII. De Tichico , quem actuum ſuorum nuntium deſtinauit .

Expliciunt Capitula .

Incipit Epiſtola .

I. c.1.ỷ.1.

PAulus , Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatē Dei,Sāctis ōibus qui sūt Epheſi.

II. c.1.ỷ.15.

Propterea & ego audiens fidem veſtram quæ eſt in Chriſto Ieſu , & dilectionem .

III. c.2 ỷ.1.

Et vos cùm eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris,in quibus aliquādo ambulaſtis.

IV. c.2 ỷ.13.

Nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè , facti eſtis prope.

V. c.3.ỷ.1.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu pro vobis Gentibus .

VI. c.3 ỷ.13.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis , quæ eſt gloria.

VII. c.4.ỷ.1.

Obſecro itaque vos ego vinctus in Dño, vt dignè ābuletis vocatione qua vocati eſtis.

VIII. c.4 ỷ.7.

Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.

IX c.4 ỷ 17.

Hoc igitur dico & teſtificor in Domino; vt iā non ambuletis,ſicut & Gētes ambulāt.

X. c 4.ỷ.25.

Propter quod deponentes mendaciū, loquimini veritatē vnuſquiſq;cū proximo ſuo.

XI. c 4 ỷ.31.

Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollatur à vobis .

Nemo

XII. c.5 ℣.6.
Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hoc enī venit ira Dei in filios diffidētię.
XIII. c.5 ℣.15.
Videte itaque fratres, quomodo cautē ambuletis: non quaſi inſipientes ſed vt ſapiētes.
XIV. c.5 ℣.22.
Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino: quoniam vir caput eſt mulieris.
XV. c.6 ℣.1.
Filij obedite parentibus veſtris in Dño; hoc enim iuſtum eſt: Honora patrem tuum.
XVI. c.6.℣.10.
De cętero fratres, confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.
XVII. c.6 ℣.14.
State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ.
XVIII. c.6.℣.21.
Vt autē & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agā; omnia nota vobis faciet Tichicus.

Explicit Epiſtola ad Ephesios ſcripta de Roma.

[*Cod. Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Philippenſes.

PHilippenſes ſunt Macedones. hij accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide; nec receperunt falſos apoſtolos. Hos collaudat Apoſtolus ſcribens eis à Roma de carcere per Epafroditum.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE Sanctis quos ſecum præceptis cęleſtibus iunctos oſtendens, inſtanter commonet vt cœptis inſiſtant.
II. De Chriſto Deo, quòd gaudeat etiam ſi multifariè prædicetur.
III. De deſiderio redeundi ad Chriſtum; & exhortatione perſeuerantiæ Electorum.
IV. De exhortatione vnum ſentiendi, & humilitatem ſeruandi.
V. De filijs Dei, qui in medio Mundo ad inſtar cæleſtium fulgent.
VI. De vnanimitate beati Timothei.
VII. De Epafrodito, quòd animam ſuam tradiderit in incertum.
VIII. De lucris vitæ veteris, ſtercoribus comparatis.
IX. De perfectis, qui nihil ſunt in comparatione eorum, qui de carne & hoc ſeculo triumpharunt.
X. De inimicis crucis Chriſti; quorum interitus iuxta operis eorumdem qualitatem adueniet.
XI. De mulieribus in Euangelio laborantibus adiuuandis.
XII. De vita & ordine electorum, ac ſuæ tolerantia egeſtatis.
XIII. De diſcuſſione operis electorum; & copia munerum tranſmiſſorum.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

c.1.℣.1.
PAulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus Sanctis in Chriſto Ieſu qui ſunt.
I. c.1.℣.3.
Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis.
II. c.1 ℣.12.
Scire autem vos volo, fratres quia quæ circa me ſunt, magis ad profectū venerunt.
III. c.1,℣.21.
Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt: & quid eligam ignoro.
IV c.2.℣.1.
Si qua ergo conſolatio in Chriſto; ſi quod ſolatium charitatis.
V. c.2.℣.12.
Itaque cariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in præſentia mei tantùm.
VI. c.2 ℣ 19.
Spero autem in Domino Ieſu, Timotheū citò me mittere ad vos; vt & ego bono an.
VII c.2.℣.25.
Neceſſarium autē exiſtimaui Epafroditū fratrē & cooperatorē & cōmilitonē meum.
VIII. c.3.℣.1.
De cetero fratres mei, gaudete in Domino. eadem vobis ſcribere mihi quidē nō pigrū.

Non

IX. c.3.ỷ.12.
Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem ſi comprehendam.
X. c.3.ỷ.17.
Imitatores mei eſtote fratres;& obſeruate eos qui ita ambulant,ſicut habetis formam.
XI. c.4.ỷ.1.
Itaque fratres mei Kariſſimi & deſiderantiſſimi, gaudium meum, & corona mea.
XII. c.4.ỷ.8.
De cetero fratres;Quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iuſta.
XIII. c.4.ỷ.15.
Scitis autem & vos Philippenſes quòd in principio Euangelij, quando profectus ſum.

Explicit Epiſtola ad Philippenſes ſcripta de Vrbe Roma de carcere.

[*Cod. Oratorij B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Coloſenſes.

COloſenſes, & hi ſicut Laudicenſes ſunt Aſiani. & ipſi præuenti erant à pſeudoapoſtolis: nec ad eos acceſſit ipſe Apoſtolus; ſed & hos per epiſtolam corrigit. audierant autem verbum ab Archippo; qui & miniſterium in eos accepit. Ergo Apoſtolus iam ligatus ſcribit eis ab Epheſo per Tichicum Diaconem.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE fide quæ eſt in Chriſto, & dilectione in Sanctos habenda.
II. De exhortatione;ſanctę ſapientię, & Ieſu panthera.
III. De perſeuerantia Sanctorum, & cunctis abſcondito retro myſterio.
IV. De theſauris ſapientiæ & ſcientiæ abſconditis in Chriſto.
V. De plenitudine Diuinitatis, quæ omnis in Chriſto habitat corporaliter.
VI. De cirographo, quod Chriſtus tollens de medio, cruci affixit.
VII. De mortuis cum Chriſto, hoc eſt, Sanctis: quos tangere & attaminare non licet quæ corrumpunt.
VIII. De auaritia, quæ idolorum eſt ſeruitus; & nouo homine qui ſecundùm Dei creatus eſt imaginem.
IX. De viſceribus miſericordiæ, & karitate quæ vnitatis eſt vinculum.
X. De ordinatione domeſticæ diſciplinæ.
XI. De ſeipſo, qui Coloſenſes per Tichicum conſolatur.
XII. De ſalutationibus omniſariam inſtructis, & epiſtolarum lectione alterna.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỷ.1.
PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei,& Timotheus Frater.
II. c.1.ỷ.9.
Ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſſauimus pro vobis orantes.
III. c.1.ỷ.21.
Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu in operibus malis.
IV c.2.ỷ.1.
Volo enim vos ſcire, qualem ſollicitudinem habeam pro vobis.
V. c.2.ỷ.8.
Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanę fallaciā ſecundū traditionē.
VI. c.2.ỷ.13.
Et vos cùm mortui eſſetis in delictis & pręputio carnis veſtræ,cōuiuificauit cū illo.
VII c.2.ỷ.20.
Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius Mundi; quid adhuc tanquam viuentes?
VIII. c.3.ỷ.5.
Mortificate ergo mēbra veſtra, quæ ſunt ſuper terram,fornicationem,immunditiam.
IX. c.3.ỷ.12.
Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & di-

& dilecti viſcera miſericordiæ.

X. c.3.ỽ.18.

Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in Domino.

XI. c.4 ỽ.7.

Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tichicus cariſſimus frater.

XII. c.4.ỽ.10.

Salutat vos Ariſtarcus concaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ.

Explicit Epiſtola ad Coloſenſes.

[*Cod. Oratorij B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Theſſalonicenſes.

Theſſalonicenſes ſunt Macedones: qui in Chriſto Ieſu accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide, etiam in perſecutione ciuium ſuorum: præterea nec receperunt ea, quæ à falſis apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus ſcribens eis ab Athenis per Tichicum Diaconem & Oneſimum Acolitum.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. De Euangelio, quod non eſt inani ſermone canendum; ſed præclaro opere oſtendendum.

II. De inextatóne Sanctorum; quæ cum tota puritate celebratur.

III. De opere Apoſtolico, quod eſt Euangelica prædicatio.

IV. De hiſdem paſſionibus, quas vt Ieſus, Propheta & Apoſtoli pertulerunt.

V. De paſſionibus, quas ſanctè viuentes neceſſe eſt tolerare.

VI. De præſentia Apoſtoli, quæ quicquid eſt in fide reliquum, ſupplet.

VII. De Deifica voluntate, quæ nihil aliud eſt, quàm diſcipulorum ſuorum ſanctificatio.

VIII. De ſtudio ſilentij & quietis, & manibus operando.

IX. De reſurrectione mortuorum, & Chriſto Sanctorum in aera decurſu.

X. De die Domini, qui vt fur in nocte venturus eſt.

XI. De nocte, in qua ſoli ebrij dormiunt.

XII. De pace quam plebi Sanctorum operis cauſa commendat, & omnibus approbandis.

XIII. De integritate ſpiritus & animæ & corporis etiam & ſancti oſculi ſalutatione.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỽ.1.

Paulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre.

II. c.2.ỽ.1.

Nam ipſi ſcitis fratres introitum noſtrũ ad vos; quia non inanis fuit.

III. c.2.ỽ.9.

Memores enim eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis; nocte & die operantes.

IV. c.2.ỽ.14.

Vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto.

V. c.3.ỽ.1.

Propter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis.

VI. c.3.ỽ 9.

Quam enim gratiarum actionem præſumimus Deo retribuere pro vobis?

VII. c 4 ỽ.1.

De cetero ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu; vt quẽadmodũ.

VIII c.4.ỽ.9.

De charitate autem fraternitatis, non neceſſe habemus ſcribere vobis.

IX. c 4 ỽ.12.

Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus.

X. c.5.ỽ.1.

De temporibus autem & momentis, non indigetis vt ſcribam vobis.

XI. c.5.ỽ.6.

Igitur non dormiamus ſicut & ceteri: ſed vigilemus, & ſobrij ſimus.

Roga-

XII. c.5.ỳ.12.
Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis.
XIII. c.5.ỳ.23.
Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia; vt integer ſpiritus veſter & anima.

Explicit Epiſtola ad Theſſalonicenſes Prima.

[*Cod. Oratorÿ B. vÿ.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad eoſdem Secunda.

AD Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit epiſtolã Apoſtolus; & notum facit eis de temporibus nouiſſimis, & de aduerſarij detectione. Scribit hanc epiſtolam ab Athenis per Titum Diaconem, & Oneſimum Acolitum.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula

I. DE Eccleſiæ charitate; & ſupplicijs eorum qui Chriſti diſcipulos inſecuntur.
II. De congregatione Eccleſiæ in Chriſto, & reditu refugæ, & perditionis filij reuelatione.
III. De interfectione iniqui, qui ſpiritu oris Dominici extinguetur.
IV. De iniquis hominibus; à quibus vt Eccleſia liberetur, precibus memoratum cœtum Apoſtolus exhortatur.
V. De labore & fatigatione, quam die noctuque vt panem poſſit manducare ſuſtinebat.
VI. De ocioſis ne manducet amphibola commonitio.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỳ.1.
PAulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſię Theſſalonicenſiũ in Deo Patre noſtro.
II. c.2.ỳ.1.
Rogamus autem vos fratres per aduentũ Dñi noſtri Ieſu Chriſti & noſtræ Cógregat.
III. c.2.ỳ.5.
Non retinetis quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hoc dicebam vobis.
IV. c.2.ỳ.15.
Itaque fratres ſtate; & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ ſiue per ep.
V. c.3.ỳ.6.
Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.
VI. c.3.ỳ.10.
Nã & cùm eſſemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam ſi quis non vult.

Explicit Epiſtola ad Theſſalonicenſes Secunda, ſcripta ab Athenis.

[*Cod. Oratorÿ B. vÿ.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola Prima ad Timotheum.

THimoteum inſtruit & docet de ordinatione Epiſcopatus, & Diaconij, & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Scribit autem ei de Nicopoli per Tichicum Diaconem.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE charitate quæ præceptorũ eſt finis, & indoctis doctoribus coercendis.
II. De lege cuiuſmodi hominibus dominetur: & quemadmodum ipſe ſit miſericordiam conſecutus.
III. De forma credentium, & naufragijs à Fide;

IV. De Deo, qui per cognitionem veritatis ad ſaluandum omnes inuenitur eſſe promptiſſimum.
V. De oratione. & quòd mulieribus docere minimè permittatur.
VI. De qualitate Epiſcopatus & forma.
VII. De Diacono, & officio biformi, ideſt, eleemoſynæ & Sacramentorum
VIII. De nouiſſimis temporibus; & nuptias celebrari, & à cibis abſtinere prohibentibus.
IX. De opprobrijs quæ audiunt ſperantes in Chriſto, & inſtructione Timothei.
X. De electione viduarum, & ordine vitæ.
XI. De opere Sanctorum, & vini permodico vſu.
XII. De ſeruis, & varijs doctoribus, totiuſque malitiæ radice.
XIII. De informatione Timothei.
XIV. De incerto diuitiarum, & ſpe Dei viuentis.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỷ.1.

PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu ſecundùm imperium Dei Saluatoris noſtri, & Ieſu.

II. c.1 ỷ.8.

Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.

III. c.1.ỷ.15.

Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc Mundum.

IV. c.2.ỷ.1.

Obſecro igitur primò omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiar.

V. c 2.ỷ.8.

Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira.

VI. c.3.ỷ.1.

Fidelis ſermo: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergo.

VII. c.3.ỷ.8.

Diacones ſimiliter pudicos, nō bilingues, non multo vino deditos.

VIII. c.4.ỷ.1.

Spiritus autem manifeſtè dicit: quia in nouiſſimis tēporibus diſcedent quidā à fide.

IX. c.4.ỷ.9.

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: in hoc enim laboramus, & maledicimur.

X. c.5.ỷ.9.

Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum: quæ fuerit vnius viri vxor.

XI. c.5.ỷ.17.

Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur.

XII. c.6.ỷ.1.

Quicumque ſunt ſub jugo ſerui, dominos ſuos omnī honore dignos arbitrentur.

XIII. c.6.ỷ.11.

Tu autem homo Dei hoc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem.

XIV. c.6.ỷ.17.

Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublimè ſapere, neque ſperare in incerto diuit.

Explicit Epiſtola ad Timotheum Prima.

[*Cod. Oratorij B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtolam Secundam ad eundem.

ITem Timotheo ſcribit de exhortatione martyrij, & omni regula veritatis; & quid futurum ſit temporibus nouiſſimis, & de ſua paſſione; ſcribens ei ab vrbe Roma.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE lacrymis Timothei, & recordatione Apoſtoli.
II. De liberalitate & vocatione ſanctæ gratiæ.
III. De Oneſiphoro, eiuſdemque obſequijs quæ ſibi exhibuit.
IV. De labore, & milicia, & agone. de mercede quoque agricolæ.

De

Digitized by Google

V. De operarijs,& verbum rectè tractantibus veritatis,& hujuſmodi ſubuerſoribus.

VI. De varietate domus magne vaſorum,& anilibus fabulis vitãdis.

VII. De temporibus periculoſis,& criminibus omnium hominum.

VIII. De perſecutionibus, quas piè caſtéque viuentes neceſſe. eſt patiantur.

IX. De tempore quo ſanam doctrinã non pot. cuſtodire opera Sanctorum.

X. De Alexandri ærario. & quòd de ore leonis ſit Apoſtolus liberatus.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỿ.1.

PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei, ſecundùm promiſſionem.

II. c.1.ỿ.8.

Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum ejus.

III. c.1.ỿ.15.

Scis hoc quòd auerſi ſunt à me ōnes, qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phigelus.

IV. c.2.ỿ.3.

Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs.

V. c.2.ỿ.11.

Fidelis ſermo:Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus:ſi ſuſtinemus,& conregnab.

VI c.2.ỿ 20.

In magna autem domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea.

VII. c.3.ỿ.1.

Hoc autem ſcito; quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa.

VIII. c.3.ỿ 10.

Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem.

IX. c.3.ỿ.16.

Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata,utilis eſt ad docendũ,ad arguendũ,ad corrigendũ.

X. c.4.ỿ.8.

Feſtina venire ad me citò: Demas enim me dereliquit, diligens hoc ſæculũ;& abijt.

Explicit Epiſtola Secunda ad Timotheum.

[*Cod. Oratory E. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Titum.

TItum commonefacit; & inſtruit de conſtitutione Presbyterij, & de ſpirituali conuerſatione, & hæreticis vitandis, qui in ſcripturis Iudaicis credunt, à Nicopoli ſcribit.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE ordinationibus Presbyterorum.

II. De forma Epiſcopi,& propheta Cretenſium.

III. De immundis qui factis abnegant Deum; & mulieribus docendi conceſſa poteſtate.

IV, De Sacerdotibus, qui formam ſe debeant populis exhibere.

V. De poteſtate, quæ totius debeat manſuetudinis apicē obtinere.

VI. De hæreticis vitandis, & ipſius hæreſis qualitate.

VII. De dirigendis ad ſe Paſtoribus,& ſalutationibus.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. c.1.ỿ.1.

PAulus, ſeruus Dei, Apoſtolus autē Ieſu Chriſti ſecundùm fidem electorum Dei.

II c.1.ỿ.7.

Oportet enim Epiſcopũ ſine crimine eſſe ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum.

III. c.1.ỿ.15.

Omnia munda mundis: conquinatis autē & infidelibus nihil eſt mundum.

IV. c.2.ỿ 6.

Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint: teipſum præbe exemplum bonorum operũ.

V. c.2.ỿ.15.

Hæc loquere & exhortare; & argue cum omni imperio: nemo te contemnat.

VI. c.3.ỿ.8.

Fidelis ſermo eſt; & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præeſſe.

Cũm

VII. c.3.ỳ.12.
Cùm miſero ad te Arthemam aut Tithicum, feſtina ad me uenire Nicopolim.

Explicit Epiſtola ad Titum.

[*Cod. Oratorij B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Philemonem.

PHilemoni familiares litteras facit pro Oneſimo ſeruo ejus: ſcribit autem à Roma de carcere per Oneſimum Acolitum.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE charitate Philemonis, quã in Domino Ieſu, & [in] omnes Sanctos exercuit.

II. De reſtauratione Oneſimi: quem ſuo domino ac ſi propria viſcera commendauit.

III. De cautione Apoſtoli, quam Philemoni pro Oneſimo miſit.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola.

I. ỳ.1.
PAulus,uinctus Ieſu Chriſti,&Timotheus frater, Philemoni dilecto & adjutori.

II ỳ.7.
Gaudium enim magnũ habui & conſolationẽ in charitate tua;quia uiſcera Sãctorũ.

III. ỳ.17.
Si ergo habes me ſocium; ſuſcipe illum ſicut me;ſi autẽ aliquid nocuit tibi aut debet.

Explicit Epiſtola ad Philemonem.

[*Codd. Vat. 4221. & Orat. B. vij.*]

Incipit Argumentum in Epiſtola ad Hebræos.

IN primis dicendum eſt, cur Apoſtolus Paulus in hac epiſtola, ſcribendo non ſeruauerit morem ſuum; vt vel vocabulum nominis ſui,vel ordinis deſcriberet dignitatem. Hæc cauſa eſt: quòd ad eos ſcribens qui ex Circumciſione crediderãt quaſi Gentium Apoſtolus & non Hebræorum: ſciens quoque eorum ſuperbiam,ſuamque humilitatem ipſis demonſtrans, meritum officij ſui noluit anteferre. Nam ſimili modo etiam Ioannes Apoſtolus propter humilitatem in epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione non prætitulauit. Hanc ergo epiſtolam fertur Apoſtolus ad Hæbræos conſcriptam Hebraica lingua miſiſſe: cujus ſenſum & ordinem retinens Lucas Euangeliſta, poſt exceſſum beati Pauli Apoſtoli Græco ſermone compoſuit.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. DE Chriſto quòd Deus ſit; circa Iudæos exhortatio multiformis.

II. De ſupplicijs quæ euadere nequeunt præconij [*al.* præconum] Chriſti contemptores.

III. De Saluatore cui ſubiecta ſunt omnia; omnibuſque ipſe per paſſionem ſubiectus eſt.

IV. De paſſione, per quam deſtruxit diabolum, ſibique fratres inſtituit.

V. De plebe, quam domum Chriſti eſſe differuit.

VI. De terra Repromiſſionis, quam Iudæos per fidem ingredi exhortatur.

VII. De ſacramento diei ſeptimi, & ſeptimi milleſimi anni.

VIII. De Verbo Diuino, quod ſolum poteſt crimina expiare credentium.

De

IX. De Iudæis, quos præ omnibus
a Chriſtum [*a*] oportuerat venerari.

X. De Hæbræis, quòd ignorauerunt Deum; & fuerunt ſine iudicio cæci

XI. De Cruce Chriſti, quam denuo in peccantibus poſt pœnitentiæ indulgentiam non ſuſtinet. [*al.* poſt pœnitentiam indulgentia ſuſtinet.]

XII. De exhortatione miniſterij Sanctorum, & de Domini iurejurando.

XIII. De Filio Dei, cui Melchiſedech non eſt immeritò comparatus.

XIV. De inmutatione Legis veteris & Sacerdotij.

XV. De promiſſione Sacerdotij melioris & Teſtamenti.

XVI. De vno Sacerdote, qui eſt in cunctis ac veris Sacerdotibus Chriſti. [*al.* qui eſt in cunctis ac veteris Sacerdotibus Chriſtus.]

XVII. De nouo Teſtamento, quòd fuerit [*al.* fuit] iam dudum ore
b prophetico [*b*] repromiſſum.

XVIII. De Tabernaculo & tabulis veteris Teſtamenti.

XIX. De anni [*al.* anniuerſali] ſacrificio, quod ex Deuteronomio Sacerdotum Principes celebrabant.

XX. De ſanguine ſalutari, qui veteris vitæ crimina purgat.

XXI. De nouo Teſtamento, per quod animas diuino ſanguine purificari teſtatur.

XXII. De Saluatore, qui ſolis terminum [*al.* termino] peccatis imponentibus apparere non ceſſat.

XXIII. De Lege veteri, quæ nouæ Legis typum habuit ac habere monſtratur.

XXIV. De ſacrificio laudis, quod eſt offerendum poſt indulgentiam peccatorum.

XXV. De exhortatione credentium, & incredulorum ignis iuge ſupplicio.

XXVI. De contemptoribus nouæ Legis, quòd non temporale vt veteres [*al.* veteris] ſuſtinebant, ſed perpetuum ſupplicium mereantur.

XXVII. De perſeuerantia fidei exhortatio.

XXVIII. De typis veteris fidei nouæ [*al.* nouique] proprietatis exhortatio.

XXIX. De [*c*] victorijs veterum bellatorum, & [*d*] ſtrage infirmiorum. c d

XXX. De ira immanium Iudæorum, quam ne in Sanctos vſquequaque [*e*] celebrent exhortatur. e

XXXI. De Spiritu Sancto, ejuſdemque veritatis doctrina perpetua.

XXXII. De Deo, quem nullus niſi vixerit ſanctè, videre valebit.

XXXIII. De pœnitentia, quæ niſi in iſta vita [*f*] medelæ remedium non poteſt inuenire. f

XXXIV. De regno Dei, quòd præter pios nullus poterit poſſidere.

XXXV. De duplici caſtitate ſuperna dumtaxat & humili.

XXXVI. De ſpiritali doctrina, quam Sanctorum fore eſcā diſſeruit.

XXXVII. De ſollicitudine alterna Cleri dumtaxat & plebis.

XXXVIII. De [*g*] aſſumptione Spiritus Sancti, [*h*] quòd ſine æterna vita non poteſt [*i*] inueniri. g h i

XXXIX. De verbo ſolacij, quod cum Timotheo vna commendat.

Expliciunt Capitula.

Incipit Epiſtola ad Hebræos.

I. c.1.℣.1.

MVltifariè & multis modis olim Deus loquens patribus in Prophetis.

II. c.1.℣.13.

Ad quem autem Angelorum dixit aliquando; Sede à dextris meis, quoaduſque?

III c.2.℣.5.

Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

IV. c.2.℣.11.

Propter quam cauſam non confunditur, fratres eos vocare dicens; Nuntiabo nomen.

Vnde

a *al.* oportuit. b *al.* promiſſum. c *al.* victoribus. d *al.* ſtraibus. e *al.* celebrarent. f *al.* non medetur. g *al.* aduptione. h *al.* ad quos. i *al.* inuenire.

V. c.3.ỳ.1.
Vnde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontif.
VI. c.3.ỳ.12.
Videte fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi.
VII. c.4.ỳ.2.
Etenim & nobis nuntiatum eſt quemadmodum & illis
[*In al. verò incipit.*] c.4.ỳ.3.
Et quidem operibus ab inſtitutione Mundi factis: dixit enim quodã loco de die vij.
VIII. c.4 ỳ.11.
Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem; vt ne in idipſum quis incidat incred.
IX c.4. ỳ.16.
Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ; vt miſericordiam conſequamur.
X. c.5.ỳ.8.
Et quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam.
XI. c.6.ỳ.1.
Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionẽ feramur.
XII. c.6 ỳ.9.
Confidimus autem de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſalutis.
XIII. c 7. ỳ.1.
Hic enim Melchiſadech Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ.
XIV. c.7.ỳ 11.
Si ergo cõſũmatio per Sacerdotiũ Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo Legẽ acc.)
XV. c.7.ỳ.19.
Introductio verò melioris ſpei, per quam proximamus Deo.
XVI c 7.ỳ 28.
Sermo enim iuſiurandi, qui poſt Legem eſt, Filium in æternum perfectum.
XVII. c.8.ỳ.7.
Nam ſi illud prius culpa vacaſſet; non vtique ſecundi locus inquireretur.
XVIII. c.9.ỳ.1.
Habuit quidem & prius iuſtificationes cultuæ & Sanctum ſæculare.
XIX. c.9. ỳ.7.
In ſecundo ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine quem offert pro ſua.
XX. c 9. ỳ.11.
Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tab.
XXI. c.9.ỳ.16.
Vbi enim teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

XXII. c.9.ỳ.23.
Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium his mundari; ipſa autem cæleſtia,
XXIII c.10.ỳ.1.
Vmbrã enim habens Lex bonorum futurorum non ipſam imaginem rerum.
XXIV. c.10.ỳ.12.
Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiã, in ſempiternũ ſedet in dextera Dei.
XXV. c.10.ỳ.19.
Habentes itaque fratres fiduciã in introitu Sanctorum in ſanguinẽ Chriſti.
XXVI. c.10.ỳ.28.
Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus.
XXVII. c.10.ỳ.35.
Nolite itaque ammittere confidentiã veſtram, quæ magnam habet remunerationem.
XXVIII. c.11.ỳ.3.
Fide intelligimus aptata eſt eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierẽt.
XXIX.
XXX. c.12.ỳ.1.
Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes.
XXXI. c.12.ỳ.7.
Quis enim filius quem nõ corripit pater? quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cujus partic?
XXXII. c.12.ỳ.12.
Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite; & greſſus rectos facite.
XXXIII. c.12.ỳ.17.
Scitote enim quoniam & poſtea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus eſt.
XXXIV c.12.ỳ.25.
Videte ne recuſetis loquentem: ſi enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui ſup.
XXXV. c 13.ỳ.3.
Mementote vinctorũ tanquã ſimul vincti, & laborantium tanquam & ipſi in corpore.
XXXVI. c.13.ỳ.9.
Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratia ſtabiliri cor.
XXXVII. c.13.ỳ.17.
Obedite Præpoſitis veſtris; & ſubiacete eis: ipſi enim.
XXXVIII. c.13.ỳ.20.
[Deus autẽ pacis qui eduxit de mortuis.]
XXXIX. c.13.ỳ.22.
Rogo autem vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolacij.

Explicit Epiſtola ad Hebræos.

Ex

[*Ex vetuſtiſſimo Codice Reginæ Sueciæ majoribus litteris, ac Verſibus, ideſt per cola & commata deſcripto.*]

PRimùm quæritur, quare poſt Euangelia, quæ ſupplementum Legis ſunt, & in quibus nobis exempla & præcepta viuendi pleniſſimè digeſta ſunt, voluerit Apoſtolus has Epiſtolas ad ſingulas Eccleſias deſtinare &c. [*vt in Biblijs cum Gloſſa Ordinaria.*]

Romani qui ex Iudæis & Gentibus quæ crediderant, ſuperua contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere &c. [*vt in memoratis Biblys cū Gloſſa Ordinaria, vſque.*] Quamobrem viciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

Explicit Prologus.

Incipit Argumentum.

ROmani ergo ſunt in partes Italiæ. hi præuenti ſunt à falſis Apoſtolis; & ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in Lege & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apoſtolus ad veram & Euangelicam Fidem, ſcribens eis à Corintho,

I. SCitis quia iudicium Dei ſecundùm veritatem.
Qui ſine Lege peccauerunt, ſine Lege peribunt.
Non auditores Legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores.
II. Gẽtes naturaliter ipſi ſibi ſunt lex.
Si quidam illorū exciderunt à fide: numquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit? abſit.
III. Loquitur lex his, qui ſine lege ſunt. & Abraham patrem omnium Gentium dicit.
IV. Sicut per Adam mors; ita & per Chriſtum reſurrectio mortuorū.
Stipendium peccati mors; gratia autem Dei vita æterna.
V. An ignoratis.
Peccatū non ſcini, niſi lex diceret.
Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.
Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā.
Spes quæ videtur, non eſt ſpes.
VI. Scimus autem quia diligentibus Deū, omnia procedunt in bono.
Quis nos ſeparauit à caritate Chriſti?
Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.
Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam querentes ſtatuere; iuſtitię Dei non ſunt ſubiecti.
Corde creditur ad iuſtitiam.
Si autem gratia; non ex operibus.
VII. Quid enim? quod quærebat Iſrael, non eſt conſecutus; electio autem conſecuta eſt.
Numquid ſic offenderunt vt caderent? ſed illorum delicto ſalus Gentibus.
Fracti ſunt rami: noli gloriari aduerſùs ramos.
O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei!
VIII. Obſecro itaque vos, non ſapere plus quàm oportet.
Vnum corpus, multa membrà.
Si eſurierit inimicus tuus; ciba illum: ſi ſitit; potum da ei.
Et, Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.
IX. Non propter [eſcam] ſcandalizandum fratrem.
X. Debere potentes infirmitates impotentium portare, & non ſibi placere.
XI. Vt fiat oblatio Gentium acceptabilis, ſanctificata in Spiritu Sancto.
XII. Obſeruare debere ab eis qui hæreſes & ſcandala faciunt.

PAulus, ſeruus Chriſti Ieſu, vocatu. Apoſtolus &c.
Cui honor in ſæcula ſæculorum, Amen.

Explicit Epiſtola ad Romanos. ſcripta de Corintho.

V. N. DCCCCVI.

[*hoc eſt, Verſus Num. 906.*]

m *Codi*

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Corinthios.

In Epiſtola ad Corinthios incipit Argumentum.

Corinthi ſunt Achaiæ. & hi ſimiliter ab Apoſtolis audierunt verbum veritatis; & ſubuerſi multifariè à falſis Apoſtolis: quidam à philoſophiæ verboſa eloquentia; alij à ſecta Legis Iudaicæ inducti ſunt. hos reuocat Apoſtolus ad veram & Euangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum.

Explicit.

Incipiunt Capitula.

I. Fidelis Deus per quem vocati eſtis.
De ſchiſmatibus & contentionibus verborum.
Crux pereuntibus ſtultitia eſt.
Sapientiam loquimur inter perfectos.
Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.
Fundamentum eſt Ieſus Chriſtus.
Vos eſtis templum Dei.
II. De quodam qui vxorem patris ſui habuit, tradendum ſatanæ, in interitum carnis.
III. Non bona gloriatio veſtrà.
Puſillum fermentum totam maſſam corrumpit.
Et de iudicijs inter fratres.
Nolite fornicari: quia corpora veſtra membra ſunt Chriſti.
IV. De contentia: & vnuſquiſque ſuam vxorem habeat.
Et qui fuerint incontinentes, nubant.
Ne fiat ſeparatio coniugij.
In qua vocatione vocatus eſt quis, in ea ambulet.
V. De virginibus.
VI. De ſacrificatis & eſcis idolorum.
Et, Quis militat ſuis ſtipendijs vmquam?
Prædicans Euangelium, inde viuat.
Omnibus omnia fui; vt omnes lucrarer.
VII. Omnis qui in agone currit, omnium continentiam habet;
Temptatio vos non adprehendat niſi humana.
Nolo vos participes eſſe dæmoniorum.
Omne quod in macello vænit, manducate.
VIII. Caput viri Chriſtus: caput autem mulieris vir.
Oportet hæreſes eſſe: vt probati manifeſti fiant inter vos.
De Dominica Cœna.
IX. De ſpiritalibus.
Vos eſtis corpus Chriſti.
Charitas magnanima eſt.
De prophetatione linguæ.
Nolite pueri eſſe ſenſibus.
Qui ignorat, ignorabitur.
Mulieres in Eccleſia taceant.
X. Quia Chriſtus mortuus reſurrexit; & viſus eſt ab Apoſtolis.
Quomodo mortui reſurgunt: aut in quo corpore veniunt.
Omnes quidem reſurgimus: ſed non omnes immutabimur.
De collectioni quæ propter Sanctos fiunt.
XI. De prælibamina Stephana.
Et debere eos qui Sanctis miniſtrant, honorificari.
Salutatio Aquilæ & Priſcillæ.
Et, Qui non amat Dominum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha.

Expl. Cap.

Incipit ipſa Epiſtola.

Paulus, vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei &c.
Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

Expl. ad Corinthios I.
ſcripta de Philippis.

V. N. DCCCLXX.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 870.]

Cod.

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incip. ad eoſdem [*II.*]

Incip. Argumentum.

POſt acceptam pœnitentiam conſolatorias ſcribit eis à Troade: & conlaudans eos, hortatur ad meliora.

Expl. Argumentum.

Incip. Capitula.

I. De preſſura noſtra quæ facta eſt in Aſia.
Sufficit homini correptio, quæ à multis fit.
Ne triſtitia obſorueat eum.
Et poſtea debere ei donari propter vincenda opera diaboli.
II. Quia Chriſti ſuauis odor ſumus.
Epiſtola eſt Chriſti miniſtrata per nos.
Littera occidit: Spiritus viuificat.
Perſecutionem paſſi, ſed Domino derelicti.
Igitur ſi qua in Chriſto noua creatura eſt.
Ecce tempus acceptabile; ecce dies ſalutis.
Non coanguſtamini in nobis Corinthij, ſed in viſceribus veſtris.
Quæ conuentio Chriſti ad Belial?
Secundùm Deum triſtitia, pœnitentiam in ſalutem operatur.
Mundi triſtitia mortem operatur.
III. Gratia autem Dei, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ, quòd ſeipſos tradiderunt Deo.
Ne alijs refrigerium, vobis autem anguſtia ſit.
IV. De miniſterio quod fit in Sãctos.
Qui ſeminat in benedictione, de benedictione & metet.
Hilarem datorem diligit Deus.
V. In humilitate docere, & nõ extolli.
In carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus.
Qui gloriatur, in Domino glorietur.
De paſſionibus & perſecutionibus.
In infirmitatibus gloriari.
Raptum hominem vſque in tertium cælum dicit.
Non filij parentibus, ſed parentes filijs theſaurizare.
VI. Precor Deum ne fiat aliquid mali in eos qui peccauerunt, & non pœnituerunt.

Expl. Breues.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus, Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater *&c.*
Et communicatio Sancti Spiritus cum omnib us vobis.

Explicit Epiſtola ad Corinthios II. miſſa à Trobade, ſcripta à Macedonia.

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Galathas.

Incipit Argumentum.

GAlathæ ſunt Græci. hi verbum veritatis primùm ab Apoſtolo acceperunt: ſed poſt diſceſſum eius temptati ſunt à falſis Apoſtolis, vt in Lege & Circumciſione verterentur. hos Apoſtolus reuocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo per Titum.

Explicit Argumentum.

Incip. Capitula.

I. MIror quòd ſic tàm trãſferimini in aliud Euangeliũ.
Si quis vobis euangelizauerit præter quàm quod accepiſtis, anathema ſit.
Si hominibus placere vellem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Si ea quæ deſtruxi iterum ædifico, præuaricatorem me conſtituo.
II. O inſenſati Galathæ, quis vos faſcinauit? .
Ex fide promiſſio Abrahæ & ſemini eius, non ex Lege.
Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.
Dies & menſes obſeruatis.
Timeo vos; ne ſine cauſa laborauerim in vobis.
III. Obſecro vos.
Quòd ſicut Angelum Dei me ſuſcepiſtis.
Aemulantur vos, volentes in carne veſtra gloriari.
State & nolite iterum iugo ſeruitutis detineri.
IV. Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil prodetit.
Benè currebatis; quis vos impediuit veritati non obedire?
Nolite inuicem mordere; ne vos conſummatis.
Caro concupiſcit aduersùs ſpiritum; & ſpiritus aduersùs carnē.
V. Nolite errare: Deus non irridetur.
Quod bonum eſt operemur maximè ad domeſticos fidei.
De cætero nemo mihi moleſtus ſit.

Expl. Breues.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus, Apoſtolus non ab hominibus neque per homines ſed per Ieſum Chriſtum &c.
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres, Amen.

Explicit Epiſtola ad Galathas miſſa ab Epheſo per Tyrum.

V.N.CCXCIII.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 293.]

[*Cod. Reginæ Suetiæ.*]

Incipit ad Epheſios.

Incipit Argumentum.

EPheſij ſunt Aſiani. hij accepto verbo veritatis perſteterunt in fide.
Hos collaudat Apoſtolus ſcribens eis.

Incip. Breues.

I. DE fide, & dilectione quam in Sanctos exercetis.
Iam non eſtis hoſpites, ſed eſtis ciues Sanctorum.
II. Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti pro vobis.
Vt fundati, intellegatis dilectionem Chriſti.
III. Seruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.
Vnus Deus, & Eccleſia vna, & Fides.
IV. Renouamini ſpiritu: & induite nouum hominem.
Iraſcimini; & nolite peccare.
Nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei.
V. Videte quomodo cautè ambuletis; quoniam dies mali ſunt.
Vt mulieres viris ſubditæ ſint.
Parentibus filij, ſerui ſequantur dominis.
VI. State accinti lumbos veſtros in veritate.

Expl. Breues ad Epheſios.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus, Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei Sanctis omnibus &c.
Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

Expl. Epiſtola ad Epheſios ſcripta de Roma per Tithycum.

V.N.CCCXLIII.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 343.]

Cod.

Digitized by Google

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Philippenſes.

Incipit Argumentum,

PHilippenſes ſunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis, perſteterunt in fide: nec receperunt falſos Apoſtolos. Hos Apoſtolus conlaudat, ſcribens eis à Roma per Ephafroditum.

Expl. Argumentum.

Incip. Capitula.

I. QVoniam quidem Chriſtum per inuidiam adnunriant.
Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.
II. Sic eſtote in medio nationis prauæ & peruerſæ, ſicut luminaria in hoc Mundo.
Omnes ſua quærunt, non quæ Chriſti Ieſu.
III. Videre canes; videte malos operarios.
Quæ ſunt lucra, propter Chriſtum æſtimare damna.
IV. Cauendum ab eis quorum deus venter eſt, & gloria in pudendis eorum.
V. Gratulatus ſum in Domino.
Quoniam & eſurire & abundare noui.

Explicuerunt Capitula.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus & Timotheus, ſerui Ieſu Chriſti omnibus Sanctis in Chriſto Ieſu qui ſunt Philippis &c. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

Expl. ad Philippenſes ab Vrbe Roma. Scripta per Ephafroditum.

V. N. CCL.
[*hoc eſt, Verſ. Num.* 250.]

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Theſſalonicenſes.

Incipit Argumentum.

THeſſalonicenſes ſunt Macedones. qui accepto verbo veritatis in Chriſto Ieſu perſteterunt in fide, etiam in perſecutione ciuium ſuorum: præterea nec receperunt ea quæ à falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab Athenis.

Explicit Argumentum.

Incipiunt Capitula.

I. QVomodo ab idolis conuerſi eſtis ad Deum viuum.
Et perſecutionem paſſi eſtis à contribulibus veſtris.
II. State in fide.
Et in negotio nemo circumueniat fratrem ſuum.
III. De amore fraternitatis.
IV. De his qui dormitionem acceperunt.
V. De temporibus & momentis.
VI. Cognoſcite Præpoſitos qui laborant inter vos in opere pacis.
Nulli malum pro malo reddentes.
Orate pro nobis.

Expl. Capitula.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus & Siluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium &c.
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Expl. ad Theſſalonicenſes I. miſſa ab Athenis.

V. N. CXCIII.
[*hoc eſt, Verſ. Num.* 193.]

Cod.

Digitized by Google

[*Cod. Reginæ Suetiæ.*]

Incipit eiuſdem II.

SCribit & notum facit eis de temporibus nouiſſimis & de aduerſarij deiectione. Scribit ab Athenis per Tithycum Diaconem, & Oneſimum Acolitum.

Incipiunt Capitula.

I. NE terreamini per epiſtolam quaſi per nos factam, quaſi inſtet dies Domini: venit enim diſſentio primùm; & tunc nudabitur aduerſarius.

Orate pro nobis vt eripiamur à malis hominibus: non enim omnium eſt fides.

II. Diſcedite ab omni fratre ambulante inordinatè.

Qui non vult operari, non manducet.

Qui non eſt obediens verbo noſtro, nolite commiſceri ei, vt reuerentiam habeat, non vt inimicus fiat.

Expl. Cap.

PAulus & Siluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro &c. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Expl. ad Theſſalonicenſes II. ſcripta ab Athenis.

V. N. CVIIII.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 109.]

[*Cod. Reginæ Suetiæ.*]

Incipit ad Coloſſenſes.

Incipit Prologus.

COloſſenſes, & hij ſicut Laudicenſes ſunt Aſiani. & ipſi præuenti erant à pſeudoapoſtolis: nec ad hos acceſſit ipſe Apoſtolus; ſed & hos per Epiſtolam recorrigit: audierant enim verbum ab Archippo, qui & miniſterium in eos accepit. Ergo Apoſtolus iam ligatus ſcribit eis ab Epheſo.

Expl. Prologus.

Incip. Capitula.

I. GRatias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti pro vobis, audientes fidem veſtram.

Vt in virtute Domini confortati ſitis.

Cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui nos dignos fecit in ſorte Sanctorum in lumine; qui nos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ.

II. Videte ne quis vos ſeducat per philoſophiam.

Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite.

III. Charitas quæ eſt vinculum vnitatis, abundet in vobis.

Mulieres viris ſuis, & filij parentibus ſubiecti ſint.

Sermo veſter in gratia ſit ſale conditus.

Expl. Capitula.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei &c.
Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia Dei vobiſcum. Amen.

Expl. ad Coloſſenſes, miſſa ab vrbe Roma de carcere per Tithicum Diaconem & Oneſimum Acolitum.

V. N. CCLXVIIII.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 269.]

Cod.

[*Cod. Reginæ Suetiæ* .]

Incipit ad Timotheum I.

Incipit Argumentum.

TImotheum inſtruit & docet de ordinatione Epiſcopatus, & Diaconij , & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ .

Expl. Argumentum .

Incip. Capitula .

I. BOna eſt lex,ſi quis ea legitimè vtatur .

II. O Timothee bonam militiam milita : quia multi naufragauerunt à fide: ex quibus tradidi Sathanæ,vt diſcant non blaſphemare .

Petendum pro regibus & pro poteſtatibus , vt quietam vitam tranſigamus .

III. Quo habitu deceat orare viros & mulieres .

Mulieri docere non permittit, neque dominari in virum .

IV. Qui Epiſcopatum deſiderat, magnum opus concupiſcit .

V. De ordinatione Diaconij ſimiliter dicit .

Recedunt enim quidam à veritate ſubdocentes .

VI. Nemo iuuentutem tuam contemnat .

Iuueniores viduæ nubant; vt nullam occaſionẽ dent aduerſario.

Vidua eligatur non minus annorum LX.

Maiores natu duplici honore honorentur .

Expl. Capitula .

Incipit ipſa Epiſtola .

PAulus , Apoſtolus Chriſti Ieſu ſecundum imperium Dei Saluatoris *&c.*

[*Cod. Reginæ Suetiæ* .]

Incipit eiuſdem II.

Incipit Argumentum .

TImotheo ſcribit de exhortatione martyrij & omnis regulæ veritatis, & quid futurum ſit temporibus nouiſſimis , & de ſua paſſione , ſcribit ei ab Vrbe .

Expl. Argumentum .

Incipit Breues Epiſtolæ .

I. DE perſecutione quæ nobis facta eſt in Aſia .

Nemo militans Deo , obligat ſe negocijs ſæcularibus .

II. Ne erubeſcat Euangelium Dei conſtanter prædicare .

Quidam enim dicunt reſurrectionem iam fuiſſe ; & euertunt multos .

Hi ſunt qui ſubuertũt omnes & mulierculas oneratas peccatis .

III. . . . . non ſuſtinebunt ; ſed ſecundùm ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros .

Explicit .

PAulus , Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei *&c.* Dominus Ieſus Chriſtus vno ſpiritu veſtro . Gratia vobiſcum . Amen .

Explicit Epiſtola ad Timotheum .

V. N. CLV.

[*hoc eſt, Verſ. Num.* 155.]

Cod.

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Titum Argumentum.

TItum commonefacit & inſtruit de conſtitutione Presbyterij, & de ſpiritali conuerſatione, & hæreticis vitandis qui Iudaicis fabulis credunt.

Incip. Capitula.

I. DE conſtitutione Maioris natu: quia ſunt multi euerſores.
Ergo doce quæ ſunt ſanæ doctrinę.
Et Nemo te contemnat.

II. Hæreticum hominẽ poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.
Et, Noſtri diſcant operari ad vſus neceſſarios.

Expl.

PAulus, ſeruus Dei, Apoſtolus autẽ Ieſu Chriſti *&c.* Gratia Domini vobiſcum. Amen.

Explicit Epiſtola ad Titum, ſcripta de Nicopoli.

V. N. XCVII.
[*hoc eſt, Verſ. Num.* 97.]

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Filemon.

Incipit Argumentum.

FIlemoni familiares litteras facit pro Oneſimo ſeruo eius. ſcribit autem ei à Roma de carcere per eundem Oneſimum.

Explicit Argumentum.

Incipit ipſa Epiſtola.

PAulus vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater, Filemoni *&c.* Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro.

Explicit ad Filemonem.

V. N. XLV.
[*hoc eſt, Verſ. Num.* 45.]

[*Cod. Reginæ Sueciæ.*]

Incipit ad Hebræos.

Incipit Argumentum.

HEbræi ſunt Iſraelitæ, ex Circumciſione fideles. hi accepto verbo veritatis perſteterunt in fide etiam in perſecutione ciuium ſuorum: ſed & verbera & omnia pœnæ iniuriam genera forti animo perferentes, ad vltimum verò (vt Paulus ait) rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſtinuerunt. Hos Apoſtolus per epiſtolam conſolatur, vt omnes figuras illius temporis cærimoni & vmbras ſolemnitatum legimus y. cum cuſtodia feriatum . . . litteras & anti. . . . . ad ſolam eos ſi . . . nebe. . . hortatur. . . . Chriſti hæreditatem cuiuſque patriam, ideſt, Ieruſalem cæleſtem poſſeſſurus eſt. Scribit autem eis per Timotheum de Italia.

Expl.

Incip. Breues.

I NArratio Deitatis Chriſti in gloria Patris, & poteſtatis omnium cum purificatione eorum qui ſuper terra ſunt, poſtquam aſcendit in cæleſtem gloriam.

II. Quoniam gloria Chriſti non eſt Angelica ſed Deitatis, & opifex: propter quod non in præſenti ſeculo in quo ſunt miniſtri, ſed futuram diſpenſationem.

III. Quoniam corporatus eſt ſecundùm adiunctionem nitæ ad nos eſt, ad ſalutem hominum: propter quod & adiungimur.

IV. Quoniam credendum eſt Chriſto, ſicut in Moyſi crediderunt; ſublimiorum tamen quaſi Deũ & hominem ſciendum eſſe: & timendam antiquorum defluxionem.

V. Exhortatio deſtinationis ad manifeſtiſſimam requiem.

De

VI. De terribili iudicio, ac verbo futuro per omnibus. & de ſuabitate gratiæ Sacerdotalis ab eo, qui ſimiliter pro nobis paſſus eſt vt homo.

VII. Obiurgatio quaſi adhuc egeant introductionem. & exhortatio ad perfectionem. & obſecratio ad laudem.

VIII. Quia prima eſt Dei promiſſio; & hoc cum Dei ſacramento.

IX. De Melchiſedech, qui forma eſt Chriſti ſecundùm nomen & ciuitatem & vitam & Sacerdotium; & præhonoratus eſt Abrahæ.

X. Quoniam ceſſauit Sacerdotium Aaron quod ſuper terram, ſtatuit verbum cæleſte, quod eſt Chriſti, ex alio genere, non ſecundùm carnem nec ſecundùm legem carnalem.

XI. Eminentia ſecundi Teſtamenti ad prioris impropitiationem & ſanctificationem.

XII. De ſanguine Chriſti, in quo Nouum Teſtamentum: quia in ipſo eſt certiſſima purificatio in perpetuo, non ea quæ in ſanguine animalium quæ in terra offeruntur.

Expl. Breues.

Incipit ipſa Epiſtola:

MVltifariam multiſque modis olim Deus &c.

[*Cod. Orat. B. vj. S. Pauli & S. Petri num.* 1.]

Incipiunt Capitula Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios Primæ.

I. *OBſecro itaque vos fratres.*

II. *Et ego cùm veniſſem ad vos, fratres.*

III. *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus.*

IV. *Neſcitis quia templum Dei eſtis.*

V. *Hæc autem, fratres, transfiguraui in me.*

VI. *Tamquam non venturus ſim ad vos.*

VII. *Scripſi vobis in epiſtola.*

VIII. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*

IX. *De quibus autem ſcripſiſtis mihi.*

X. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.*

XI. *De his autem quæ idolis ſacrificantur.*

XII. *Neſcitis quia qui in ſacrario cooperantur.*

XIII. *Nolo enim vos ignorare fratres.*

XIV. *Propter quod Kariſſimi mihi.*

XV. *Laudo autem vos fratres.*

XVI. *Primùm quidem conuenientibus vobis.*

XVII. *De ſpiritalibus autem.*

XVIII. *Aemulamini autem chariſmata maiora.*

XIX. *Cùm eſſem paruulus.*

XX. *Fratres nolite effici pueri ſenſibus.*

XXI. *Notum autem vobis facio fratres.*

XXII. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

XXIII. *Primus homo de terra terrenus.*

XXIV. *De Collectis autem quæ fiunt in Sanctis.*

XXV. *Obſecro autem vos fratres.*

Expliciunt Capitula.

Argumentum.

[al.] *Incipit Prologus ad Corinthios.*

COrinthij ſunt Achaici. & hi ſimiliter ab Apoſtolis audierunt verbum veritatis; & ſubuerſi ſunt multifariè à falſis prophetis [*al.* Apoſtolis;] quidam à philoſophiæ verboſa eloquentia, alij à ſecta Legis Iudaicæ inducti. hos reuocat Apoſtolus ad veram & Euangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulum ſuum, Amen.

Explicit Argumentum.

Digitized by Google

Incipit Epiſtola ad Corinthios Prima.

PAulus vocatus Apoſtolus.

I. c.1.℣.10.

Obſecro autẽ vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipsũ dicatis.

II. c.2.℣.1.

Et ego cùm veniſſem ad vos, fratres,veni non in ſublimitate ſermonis.

III. c.3 ℣.1.

Et ego, fratres,non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus.

IV. c.3 ℣.16.

Neſcitis quia templum Dei eſtis; & Spiritus Dei habitat in vobis?

V. c.4.℣ 6.

Hæc autem, fratres, transfiguraui in me & Apollo propter vos.

VI. c.4.℣.18.

Tamquam non venturos ſim ad vos; ſic inflati ſunt quidam.

VII. c.5.℣.9.

Scripſi vobis in epiſtola: Ne commiſceamini fornicarijs.

VIII. c.6.℣.12.

Omnia mihi licent; ſed non omnia expediunt.

IX. c.7.℣.1.

De quibus autem ſcripſiſtis mihi.

X. c.7.℣.25.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo.

XI. c.8.℣.1.

De his autem quæ idolis ſacrificantur; ſcimus quoniam omnes ſcientiam habemus.

XII. c.9.℣.13.

Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt?

XIII. c.10.℣.1.

Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt.

XIV. c.10.℣.14.

Propter quod cariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura: vt prudentibus loquor.

XV. c.11.℣.2.

Laudo autẽ vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis; & ſicut tradidi vobis.

XVI. c.11.℣.18.

Primùm quidem,conuenientibus vobis in Eccleſia, audio ſciſſuras eſſe.

XVII. c.12.℣.1.

De ſpiritalibus autem nolo vos ignorare, fratres. Scitis quoniã cùm Gentes eſſetis.

XVIII. c.12.℣.31.

Aemulamini autem chariſmata meliora: & adhuc excellentiorẽ viã vobis demõſtro.

XIX. c.13.℣.11.

Cùm eſſem paruulus,loquebar vt paruulus; ſapiebam vt paruulus.

XX. c.14.℣.20.

Fratres nolite pueri effici ſenſibus; ſed malitia paruuli eſtote.

XXI. c.15.℣.1.

Notum autem vobis facio, fratres,Euangeliũ,quod prædicaui vobis; quod & accep.

XXII. c.15.℣.33.

Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iuſti; & nolite peccare.

XXIII. c.15.℣.47.

Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cœlo,cœleſtis.

XXIV. c.16.℣.1.

De Collectis autem quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinaui Eccleſijs Galatiæ, ita & vos.

XXV. c.16.℣.15.

Obſecro autem vos fratres;noſtis domum Stephanæ & Fortunati:quoniã ſunt primitię.

Explicit Epiſtola ad Corinthios Prima.

Verſ. DCCCCLXXX.

[*Hoc eſt, Verſ.* 980.]

[*Cod. Oratorij B. vſ. S. Pauli & S.Petri* 1.]

Incipiunt Capitula ad Corinthios II.

Cap. I. *BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

II. *Et hac confidentia.*

III. *Cùm veniſſem autem.*

IV. *Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum.*

V. *Ideo habentes hanc miniſtrationem.*

VI. *Habemus autem theſaurum iſtum.*

Scimus

Digitized by Google

VII.	*Scimus autem quoniam.*
VIII.	*Scientes ergo timorem Domini.*
IX.	*Ecce nunc tempus acceptabile.*
X.	*Os noſtrum patet ad vos, ò Corinthi.*
XI.	*Multa mihi fiducia eſt.*
XII.	*Notam facimus vobis fratres.*
XIII.	*Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti.*
XIV.	*Nam de miniſterio quod fit in Sanctis.*
XV.	*Ipſe autem ego Paulus.*
XVI.	*Vtinam ſuſtineretis modicum.*
XVII.	*Iterum dico, ne quis me putet inſipientem.*
XVIII.	*Si gloriari oportet.*
XIX.	*Ecce tertiò hoc paratus ſum venire ad vos.*
XX.	*Prædixi & prædico vt præſens.*

Expliciunt Capitula.

Incipit eiuſdem Prologus

[*al. Argumentum.*]

POſt hanc pœnitentiam, conſolatoriam ſcribit eis à Troade per Titum: & conlaudans eos, hortatur ad meliora; contriſtatos quidem eos, ſed emendatos oſtendens.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola ad Corinthios Secunda.

PAulus, Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi.

I. c.1.ỳ.3.

Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum.

II. c.1.ỳ.15.

Et hac confidentia volui priùs venire ad vos; vt ſecundam gratiam haberetis.

III. c.2.ỳ.12.

Cùm veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti.

IV. c.3.ỳ.4.

Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum.

V. c.4.ỳ.1.

Ideo habentes hanc miniſtrationem juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus.

VI. c.4.ỳ.7.

Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.

VII. c.5.ỳ.1.

Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſoluatur.

VIII. c.5.ỳ.11.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus ſuademus; Deo autem manifeſti ſumus.

IX. c.6.ỳ.2.

Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes vllā offenſionē.

X. c.6.ỳ.11.

Os noſtrum patet ad vos ò Corinthi: cor noſtrum dilatatum eſt.

XI. c.7.ỳ.4.

Multa mihi fiducia eſt apud vos; multa mihi gloriatio pro vobis.

XII. c.8.ỳ.1.

Notam autem facimus vobis, fratres, gratiā Dei, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ.

XIII. c.8.ỳ.9.

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti; quoniā propter vos egenus factus.

XIV. c.9.ỳ.1.

Nam de miniſterio quod fit in Sanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere in vobis.

XV. c.10.ỳ.1.

Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.

XVI. c.11.ỳ.1.

Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me.

XVII. c.11.ỳ.16.

Iterum dico, ne quis me putet inſipientem eſſe: alioquin velut inſipientē accipite me.

XVIII. c.11.ỳ.30.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.

XIX. c.12.ỳ.14.

Ecce tertiò hoc paratus ſū venire ad vos; & non ero grauis uobis: non enim quæro.

XX. c.13.ỳ.2.

Prædixi & prædico ut præſens & nunc abſens, his qui ante peccauerunt & ceteris.

Explicit Epiſtola II. ad Corinthios.

Verſ. III.XCII.

[*hoc eſt* 3092.]

Digitized by Google

[*Codd. Oratorij B. vj. S. Pauli & S. Petri num. 1.*]

Incipiunt Capitula Epiſtolæ ad Galathas.

Cap. I. *MIror quòd ſic tā citò transferimini.*
II. *Deinde poſt annos quatuordecim.*
III. *Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam.*
IV. *O inſenſati Galathæ.*
V. *Fratres ſecundùm hominem dico.*
VI. *Dico autem, quanto tempore.*
VII. *Fratres obſecro vos.*
VIII. *Dicite mihi, qui ſub lege.*
IX. *Ecce ego Paulus dico vobis.*
X. *Vos autem in libertate.*
XI. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit.*
XII. *Videte qualibus litteris ſcripſi vobis.*

Expliciunt Capitula.

Incipit Prologus.

GAlatæ ſunt Græci. hi verbum veritatis primùm ab Apoſtolo acceperunt; ſed poſt diſceſſum eius temptati ſunt à falſis Apoſtolis, vt in Legem & Circumciſionem verterentur. hos Apoſtolus reuocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

Explicit Prologus.

Incipit Epiſtola ad Galathas.

PAulus, Apoſtolus non ab hominibus neque per hominem ſed per Ieſum Chriſtum.

I. c.1.℣.6.

Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā Chriſti.

II. c.2.℣.1.

Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba.

III c.2.℣.11.

Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.

IV. c.3.℣.1.

O inſenſati Galathæ, quis vos faſcinauit non credere veritati?

V. c.3.℣.15.

Fratres (ſecundùm hominem dico) Tamen hominis confirmatum eſt teſtamentū.

VI. c.4.℣.1.

Dico autem. Quanto tempore heres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo cùm ſit dñus.

VII c.4.℣.12.

Fratres obſecto vos. Nihil me læſiſtis. ſcitis autem quia per infirmitatem carnis.

VIII. c.4.℣.21.

Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe. Legē non legiſtis? Scriptum eſt enim, quoniam.

IX. c.5 ℣.2.

Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam ſi circūcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.

X. c.4.℣.13.

Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres; tantum ne libertatem in occaſionem.

XI. c.6.℣.1.

Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos qui ſpiritales eſtis.

XII c.6.℣.11.

Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu.

Explicit Epiſtola ad Galathas.

[*Codd. Oratorij B. vj. S. Pauli & S. Petri num. 1.*]

Incipiunt Capitula in Epiſtola ad Philippenſes.

Cap. I. *GRatias ago Deo meo.*
II. *Scire autem vos volo fratres.*
III. *Si qua ergo conſolatio in Chriſto.*
IV. *Itaque cariſſimi mei.*
V. *Neceſſarium autem.*
VI. *Fratres ego me non arbitror.*
VII. *Itaque fratres mei cariſſimi.*
VIII. *Gauiſus ſum autem in Domino.*

Expliciunt Capitula.

Inci-

Digitized by Google

Incipit Argumentum.

PHilippenſes ſunt Macedones. hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide; nec receperunt falſos Apoſtolos. hos conlaudat Apoſtolus, ſcribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola ad Philippenſes.

PAulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus Sanctis in Chriſto Ieſu.

I. c.1.℣.3.
Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationib.

II. c.1.℣.12.
Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectũ venerunt.

III. c.2.℣.1.
Si qua ergo cõſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus.

IV. c.2.℣.12.
Itaque cariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in preſentia mei tantũ, ſed multò.

V. c.2.℣.25.
Neceſſarium autem exiſtimaui, Epaphroditũ fratrem & cooperatorẽ & cõmilitonẽ.

VI. c.3.℣.13.
Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. vnum autem, quæ quidem retro ſunt.

VII. c.4.℣.1.
Itaque fratres mei cariſſimi & deſiderantiſſimi, gaudium meum & corona mea.

VIII. c.4.℣.10.
Gauiſus ſum autẽ in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis.

Explicit Epiſtola ad Philippenſes.

[*Cod. Oratorij B. v). S. Pauli & S. Petri 1.*]

Incipiunt Capitula ad Coloſenſes.

I. GRatias agimus Deo.
II. *Ideo & nos ex qua die audiuimus.*
III. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.*
IV. *Et vos cùm eſſetis aliquando.*
V. *Volo enim vos ſcire.*
VI. *Videte ne quis vos decipiat.*
VII. *Si mortui eſtis cum Chriſto.*
VIII. *Mortificate ergo.*
IX. *Induite vos ergo.*
X. *Mulieres ſubditæ eſtote viris.*

Expliciunt Capitula.

Incipit Argumentum.

COloſenſes & hi ſicut Laodicenſes, ſunt Aſiani. & ipſi præuenti erant à pſeudoapoſtolis: nec ad hos acceſſit ipſe Apoſtolus; ſed & hos per Epiſtolam recorrigit: audierunt enim verbum ab Archippo, qui & miniſterium in eos accepit. ergo Apoſtolus iam ligatus ſcribit eis ab Epheſo per Tychicum Diaconem & Oneſimum Acolitum.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola ad Coloſenſes.

PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei.

I. c.1.℣.3.
Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis.

II. c.1.℣.9.
Ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſſauimus pro vobis orantes.

III. c.1.℣.15.
Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.

IV. c.1.℣.21.
Et vos cùm eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis.

V. c.2.℣.1.
Volo enim vos ſcire, qualem ſollicitudinem habeã pro vobis, & pro his qui ſunt.

VI c.2.℣.8.
Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam.

VII. c.2.℣.20.
Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis hujus Mundi, quid adhuc?

Mor-

VIII. c. 3. ℣. 5.
Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram.
IX. c. 3. ℣. 12.
Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ.
X. c. 3. ℣. 18.
Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in Domino.

Explicit Epiſtola ad Coloſenſes.

[*Codd. Oratorij B. vj. S. Pauli & S. Petri* 1.]

Incipiunt Capitula in Epiſt. ad Theſſalonicenſes.

Cap. I. GRatias agimus Deo.
II. *Nam ipſi ſcitis fratres.*
III. *Vos enim imitatores.*
IV. *Propter quod non ſuſcipientes.*
V. *De cætero ergo fratres.*
VI. *De charitate autem.*
VII. *Nolumus vos ignorare fratres.*
VIII. *De temporibus autem*
IX. *Rogamus autem vos fratres.*
X. *Ipſe autem Deus pacis.*

Expliciunt Capitula,

Incipit Prologus in [*Epiſt. I.*] *ad Theſſalonicenſes.*

THeſſalonicenſes ſunt Macedones in Chriſto Ieſu, qui accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide etiam in perſecutione ciuium ſuorum; præterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec ea quæ a falſis Apoſtolis dicebantur. hos conlaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab Athenis per Tychicum & Oneſimum.

Explicit Prologus.

Incipit Epiſtola ad Theſſalonicenſes.

PAulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium.

I. c. 1 ℣. 2.
Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis, memoriam veſtri facientes.
II. c. 2. ℣. 1.
Nam ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos; quia non inanis fuit.
III. c. 2. ℣. 14.
Vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei.
IV. c. 3. ℣. 1.
Propter quod non ſuſtinentes ampliùs, placuit nobis remanere Athenis, ſolis.
V. c. 4. ℣. 1.
De cætero ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in Dño Ieſu, vt quemadmodũ.
VI. c. 4. ℣. 9.
De charitate autem fraternitatis, non neceſſe habemus ſcribere vobis.
VII. c. 4. ℣. 12.
Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus; vt non contriſtemini.
VIII. c. 5. ℣. 1.
De temporibus & momentis, fratres non indigetis vt ſcribamus vobis.
IX. c. 5. ℣. 12.
Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis.
X. c. 5. ℣. 23.
Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia.

[*] *Explicit Epiſtola ad Theſſalonicenſes Prima.*

[*Codd. Oratorij B. vj. S. Pauli & S. Petri* 1.]

Incipiunt Capitula in Epiſt. II. ad Theſſalonicenſes.

Cap. I. *GRatias agere debemus Deo ſemper pro vobis.*
II. *Rogamus autem vos fratres.*
III. *Nos autem debemus gratias agere Deo.*
IV. *Itaque fratres ſtate & tenete.*
V. *Denuntiamus vobis fratres.*
VI. *Vos autem fratres nolite deficere.*

Expliciunt Capitula.

Inci-

* *al.* Explicit prima ad Theſſalonicenſes.

Incipit Argumentum.

AD Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit epiſtolam Apoſtolus: & notum facit eis de temporibus nouiſſimis & de aduentu aduerſarij, de deceptione eius & de aduerſarij deteſtione. Scribit hanc Epiſtolam ab Athenis per TitumDiaconem & Oneſimum Acolitum.

Explicit Argumentum.

Incipit Secunda ad Theſſalonicenſes.

PAulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium.

I. c.1.ỹ.3.
Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis fratres, itaut dignum eſt.

II. c.2.ỹ.1.
Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti.

III. c.2.ỹ.13.
Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres.

IV. c.2.ỹ.15.
Itaque fratres ſtate; & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonē ſiue per ep.

V. c.3.ỹ.6.
Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

VI. c.3.ỹ 13.
Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.

Explicuit Epiſtola ad Theſſalonicenſes Secunda.

[*Codd. Oratorij B. vj. S. Pauli & S. Petri* 1.]

Incipiunt Capitula in Epiſt. ad Timotheum I.

I. *SIcut rogaui te vt remaneres.*
II. *Fidelis ſermo.*
III. *Obſecro igitur.*
IV. *Volo ergo vos orare.*
V. *Fidelis ſermo.*
VI. *Hæc tibi ſcribo ſperans.*
VII. *Fidelis ſermo & omni acceptione dignus.*
VIII. *Vidua eligatur non minus XL. annis* [al. *annorum.*]
IX. *Qui benè præſunt Presbyteri.*
X. *Si quis aliter docet.*
XI. *Tu autem homo.*
XII. *Diuitibus hujus ſæculi.*

Expliciunt Capitula.

Incipit Prologus.

Timotheum inſtruit & docet de ordinatione Epiſcopatus & Diaconij, & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Explicit Prologus.

Incipit Epiſtola Prima ad Timotheum.

PAulus, Apoſtolus Chriſti Ieſu ſecundū imperium Dei Saluatoris noſtri.

I. c.1.ỹ.3.
Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cùm irem in Macedoniam.

II. c.1.ỹ.15.
Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Ieſus Chriſtus venit in hunc Mundum.

III. c.2.ỹ.1.
Obſecro igitur, primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes.

IV. c.2.ỹ.8.
Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.

V. c.3.ỹ.1.
Fidelis ſermo. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

VI. c.3 ỹ.14.
Hæc tibi ſcribo, ſperans me venire ad te citò: ſi autem tardauero, ut ſcias quomodo.

VII. c.4.ỹ.9.
Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur.

VIII. c.5.ỹ.9.
Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum; quæ fuerit unius uiri uxor.

IX. c.5.ỹ 17.
Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur.

Hæc

Digitized by Google

X. *c.6.℣.2.*

Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non adquieſcit ſanis ſermonibus.

XI. *c 6.℣.11.*

Tu autem ò homo Dei hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, pietatem.

XII. *c.6.℣.17.*

Diuitibus hujus ſæculi præcipe, non ſublimè ſapere neq; ſperare in incerto diuitiar.

[a] *Explicuit Prima ad Timotheum.*

Incipiunt Capitula [b] *ad eumdem.*

I. *NOli itaque erubeſcere.*
